ij.q.vi.a iudicibus.xi.q.i.iu-
dices
Qꝫ arbitrarius eſt qui nullā
poteſtatem habens cum con-
ſenſu litigantium eligitur.x.
q.vi.a iudicibus.
Qꝫ arbitrium rei iudices dan
di ſunt.ij.q.i.iudices.
Qꝫ quidam ſunt qui iudices
non poſſunt fieri etiā ſi petā
tur.videlicet ſurdus:mutus:
ꝑpetuo furioſus.femine.ſer
ui.impubes:infames.iij.que.

ſtione.vij.infamis
Q illi debet eſſe alterius iudex qui non habet in ſeipſo quod condemnet.iij.que.vij.iudicet
Q verus iudex nec pcio nec ſtupore nec odio nec fauore iudicat.xi.queſt.iij.epiſcop9 .§.ſi ergo
Q iudex munera non debet accipere.q2 munerꝫ acceptatio veritatis eſt preuaricatio xi.q.iij.ſq recte.ꝛ.c.non licet xiiij.q.v.non ſane
Q iudex etiam recte iudicā do ſi temporale premiū expectat fraudem in deo ppetra.. xi.q.iij.qui recte
Q laudabiles ſunt iudices in quibus nec ira nec furor ſed ratio dñatur.xi.q.iij.illa ꝛ tribus ca.ſe.
Q papa eſt iudex omnium/ ſed nemo ipſius.ix.queſt.iij. patet.ꝛ ca.ſe.
Q bonus iudex nihil arbitrio ſuo facit ſed iuxta leges ꝛ iura pnunciat.iij.queſtio. vij.videlicet.
In quo capitulo ponuntur plura q̄ debet habere bon9 iudex.xxx.q.vi.iudicātem
Q non eſt iudex in quo non eſt iuſticia.xxiij.q.ij.iuſtum.
Q criminoſus iudex cū ſententiam in alterius crimen pfert ſeipſum condemnat.iij. queſtio.vij.ſacerdos.§.item in euangelio.
Q iudex cui9 vita cū leo iudicijnō ɔcordat ſepe immeritos dānat.xi.q.iij.plerūqꝫ.
Q iudex cupidus cito vēdit iudiciū.xi.q.iij.pauper
Q naturale eſt ſuſpectorꝫ iudiciū inſidias declinare.3.q. v.qꝛ ſuſpecti.
Q iudex in laberinthum impingit q̄ ante iudicat q̄ꝫ intelligat.xxxix.diſt.ſciendum
Qꝫ iudex circunſtantias debet rimari ꝛ ordinem rerum inquirere.3.queſt.v.iudicantem.ij.q.i.in pmis de pe.diſt. v.§.i.poſt me.
Qꝫ iudex nec debet eſſe facilis ad credendum nec ad vindictam ferēdam.lxxxvi.diſt. ſi q̄d.xi.queſt.3.q̄buis.xv.q. vij.ſi quid
Qꝫ iudex ſine accuſatione damnare non debet.xxiij.q. iiij.ſi q̄s peccantem
Qꝫ idem non debet eſſe iudex ꝛ accuſator vel teſtis.ij. q.i.multi.iiij.q.iiij.ca.i.

Q iudex nō debet eſſe ſuſpe cius.3.q.v.ca.vl.
Q iniquū ē velle iudicare ⁊ nō iudicari.32.q.vi.iniquum
Q iudex pl⁹ legibus ꝙ̄ ſue voluntati obtemperare de= bet.3.q.vij.iudicet
Q iudex in loco iudicij debꝫ conſcientiā quam de domo portauit deponere.⁊ ſm ale= gata ⁊ probata ꝓcedere.iij. queſt.vij.iudicet
Q nullus iudicium ſine licē tia ſuperioris debet aliqueꝫ clericū cōdēnare.xi.q.i.nul= lus iudicium
Q iudex rex puniendo red= dit bonum pro malo.xxiij.q. iij.ſex differentie.
Q iudex ſm leges dānando iniquū non peccat: qꝛ nō ipē damnat.ſed lex.xxiij.q.v.iu= dex.⁊.ca.ſe.
Q humanuꝫ eſt illum vereri iudicem qui deprimere ⁊ eri gere poteſt.xvi.q.ij.cap.i.cir ca medium
Q nemo dꝫ dedignari iudi= cem habere cōtra ſe cuius ap probauit arbitriuꝫ.iij.q.vij. accuſatores.§.cuius
Q inferior iudex non opteſt ſuperiorē iudicare nec debet xxi.di.inferior.⁊.ca.ſe.
Q ad ſecularem iudicem nō licet clerico confugere.xxi. queſt.v.placuit
Q iudex laicus nō dꝫ ſe itro mittere de clerico ṕcipue de ſacerdote iudicādo.xcvi.di. in ſcripturis.⁊.c.ſe.xvi.q.vij. in noua actione
Q lꝫ iudici ſubdictū alteri⁹ defenſare ⁊ fouere.ſed nō iu dicare.vi.q.iij.ſcriptum
Q iudex pōt alterius ſubdi tum iudicare ratiōe criminis cōmiſſi in ſua ptāte.vi.q̄ſt.iij. placuit.⁊.cap.ſeq̄n.
Q cām ſuam amitti qui rem etiam ſibi debitam preter iu= dicis ſentētiam inuadit.xvi. q.vi.cap.i.in fi.
Q iudex ſpūalis ſcꝫ ꝯfeſſor dꝫ hr̄e mun⁹ſciētie vt ſciat co gnoſcere quicq̄d dꝫ iudicare de pe.di.vi.§.i.poū medium.
¶ Judicium. ꝙ iudiciū du= plex eſt vcꝫ diuinū ⁊ humanū vi.q.i.oīa.xv.q.vi.ſi a ſacer= dotibus circa medium
Q diuinuꝫ iudiciū valde eſt tunēdum: qꝛ ipē iudex eſt ⁊ te ſtis.ix.q.iij.alior.
Q diuinum iudiciū vſurpa: qui in certa ⁊ dubia iudicat

ij.q.i.nomen pbrī
Q2 ſecretoꝛum cognitoꝛ ⁊ iu dex eſt deus.xxxij.diſtī ctio. erubeſcant
Q2 ſolius dei eſt iudicare de occultis q̄ ſolus nouit coꝛda hoīꝫ.ij.q.iiij.ꝯſuluiſti pꝰ me.
Q2 hoīes multa de dei iudicio ignoꝛāt: qꝛ foꝛſitā q̄ nos laudamꝰ ipſe repꝛehēdit.⁊ q̄ nos rephēdimus ip̄e laudabit.xi.q.i.ſacerdotibꝰ in fi.
Q2 hoīes dei iudicio per peioꝛes ſe flagellātur.lvi.diſt. ſi gens in fine.
Q2 dei iudicio hoīes in pn̄ti vita flagellātur vt in futuro nō puniātur.xxiij.q.iiij qd ergo.per totum ca.
Q2 dei iudicio aduerſa boniſ eueniūt:vt ex hoc magis humilientur ⁊ mercantur.vi.q. i.oues.§.ipſa
Q2 iudicio dei agitur: qñ ex flagellis vnꝰ coꝛrigiť ⁊ aliꝰ obduratur.xxiij.queſt.iiij.nabuchodonoſoꝛ
Q2 nō pōt hūano ꝯdēnari ex aie qđ deꝰ ſuo reſuabit iudicio.xv.q.vi.ſi a ſacerdotibus
Q2 facta pape a ſolo deo iudicātur.ix.q.3.facta
Q2 deus alioꝝ cauſas voluit per hoīes termīari.ſed ſūmi pontificis cām ſibiipſi: examinādam ⁊ terminandā reſeruauit.ix.q.3.alioꝝ
Q2 nemo ſcit qualis in iudicio dei futurus ſit.xi.q.i.ſacerdotibus in fine
Q2 qualiſcunqꝫ hic qs egrediť talis in iudicio dei repꝛeſentatur.xxv.diſt.qualis.
Q2 qualem inuenit dñs cum vocat talē pariter ⁊ iudicat. de pe.diſt.i.nunqd caym
Itē ī futuro dei iudiciū locū nō hēret ſi ihoc ſeculo oīa iudicāda cēnt.vi.q.i.ſi oīa.xv. q.vi.ſi a ſacerdotibus
Q2 quē ſacerdos idicat deus idicat cuiꝰ pſonā gerit de pe. di.3.ī ſalicibus.§.his auctoꝛitatibꝰ.ꝟ.ſed quem
Q2 qui ſemel a ſacerdote pꝛo peccato punitur non iterum a deo pꝛo peccato iudicabiť. Ibidem.
Q2 deus non bis iudicat in ipſum quod iuſte in pꝛeſenti eſt punitum de pe.diſt.3.ſunt plures.§.auctoꝛitas
Q2 humanū iudicium eſt duplex:vcꝫ ꝑuatum ⁊ publicuꝫ ſiue contētioſum.3.queſt.vij. poſtulatus

Q priuatum iudiciū hō exer-
cet qñ ſeipm iudicat. de pe.
di.i.in actione
Q verū iudicium ē iudicare
pus ꝯſcientiā in ꝓpriā. de mū
culpam alienam.3.queſt.vij.
poſtulatus.ꝛ ca.ſe.
Q non eſt curandū iudiciū
hoim vbi eſt bona conſcien-
tia: qꝛ tale iudicium ē teme-
rarium.xi.q.3.temerarium.ꝛ
duobus ca. ſeqn.
Q temerarium iudicium ē
quod procedit ex ſuſpitione
ij.q.i.multi ante finem
Q lapſis a baptiſmi innocē
tia ꝓprio iudicio ſe accuſan
tes per pniam reſtituūtur.de
pe.di.i. ca.multiplex.
Q homo debet ſeipm iudi-
care dū pōt in melius mores
cōmutando.nec cum poſſe a
miſerit a dño iudicet.de pe.
di.i.in actione.§.ſe.
Q publicū iudiciū ſiue ꝯtē-
tioſum inſtitutū ē vt innocen
tia ꝓtegatur ꝛ culpa puniat
ij.q.i.q lotharius.
Q hoc iudiciū integrū ē qđ
plurimoꝝ ſententijs confir-
matur.lxxiij.di.iuxta.
Itē dꝫ ſm auctoritatē decre
torum ꝛ ſanctoꝝ patrū diffi-
niri.xx.di.de libellis.
Item dꝫ eſſe ſine tumultu cō
tentione.v.q.iiij.in loco
Item hoc iudiciū debet po-
ni in loco tuto ꝛ cōi.3.qſt.ix.
hortamur.33.q.ij.ſiue.
Q i omni tali iudicio debēt
eſſe quattuor perſone: vide-
licet iudex/accuſator/defen
ſor/ꝛ teſtꝫ.iiij.que.iiij.c.nul-
lus vnq̄.ꝛ capit. nullus in-
troducatur.
Q illi qui citatur in iudiciū
debet offerri conuentiona-
lis libellus.3.que.3.indutie
.§.offeratur
Q ſpoliati non debent ad iu
dicium trahi niſi pus in inte-
grum reſtituatur.ij.q.ij.nul-
lus epoꝝ.ꝛ tribus ca.ſe.3.q.
ij.eiectis.ꝛ capi.ſe.v.que.ij.
ſi primates
Q de ſuſpitione vel extorta
ꝯfeſſione peſſimū ē iudiciū
xv.q.vi.ſi a ſacerdotibus
Q ordo iudiciari⁹ in publi-
co iudicio eſt ſeruandus niſi
a forte adeo culpa ſit noto-
ria: ꝙ ſe omnium oculis inge
rat.ij.q.i.que.lothari⁹ ꝛ duo
bus cap. ſeqn.
Q an in manifeſtis ſit ordo
iudiciarius ſeruādus,ij. qſt.

i.per totum.
Q; abſente reo ĩ iudicio nõ eſt procedend.iij.q.ix.accu= ſatoꝛ.vſq; ad fi.que.
Q; diuine et humane leges pꝛohibent vt abſens q̃s iudi cetur.ij.q.viij.accuſatoꝛes.
Q; contumax abſens iudica tur.iij.q.ix.decreuimus.
Q; iudiciũ refugit q̃ de iuſti cia diffidit.xi.q.i.xp̃ianus.
Q; quattuoꝛ modis hũanuꝫ peruertitur iudicium videli= cet timoꝛe:cupiditate odio:⁊ amoꝛe.xi.queſt.iij. quattuoꝛ. et duobus ca.ſe.iij.q.v.accu ſatoꝛes.
Q; iudicium non debet pꝛo pter lachꝛimas quoꝛumcun= q; peruertit.xxiij.q.iiij.eſt in= iuſta.
Q; cadẽtis ferri et aque fer uentis iudicium a ſanctis eſt pꝛohibitum.ij.queſt.iiij.con= ſuluiſti.
Q; ĩ dubio abſolutũ non de bet eſſe iudicium.xxiij.di.ha= buiſſe.ij.q.iiij.conſuluiſti
Q; iudiciũ mixtũ debet eſſe rigoꝛe ⁊ lenitate.xlv.di.diſci plina capitur ois.⁊.c.ſunt.
Q; libertini poſſunt habere dños ſuos ad iudicium.xij.q ꝫ epiſcopos §.ſine venia
Q; eccleſia non iudicat niſi de publicis ĩ oꝛdine iudicia= rio pꝛobatis.ij.q.iij.conſu= luiſti.et.xxx.q.vi.nec illud.§. his itaq;.et cap̃.ſe.ij.q.i.mul ti.in fi.
Q; eccleſia quandoq; in ſuo iudicio decipitur vt ille q̃ in tra ipſam eſt per eam excludi= tur:et q̃ foꝛas eſt itromittitur xxiij.q.iij.ſi quis.⁊.cap̃.cum aliquis.
Q; monachi ⁊ monache ſpe ctant ad iudiciũ.xi.queſtione i.de perſona.
Q; clerici ſuũ epiſcopũ con tennentes traduntur iudicio ſeculari.xi.queſtiõe.i.ſi quis ſacerdotum:et duobus cap. ſequentibus.
Q; clericis pꝛohibetur iudi cium ſanguinis.xxiij.queſti. viij.ſepe.⁊.c.ſe.
Q; diebns feriatis ⁊ die do minico nõ ſunt exercenda iu dicia.xv.q.iiij.placita.xxij.q v.decreuit.de cõ.diſt.iij.§.i.
¶ De hac mãia habes vbi agitur de ſententia.
¶ Iuramentũ.q; iuramẽtuꝫ legit dei crebꝛo feciſſe.xxij. q.iij.incommutabilis

Q; iuramētū hoī non ꝓhibe-tur maluꝫ: ſed ei⁹ aſſuefactio vel libido prohibetur. xxij. q ſ. non eſt contra.
Q; iurare dei eſt a ſeipō ordinata nullaten⁹ cōuellere. xxij q. iiij. icommutabilis.
Q; dum vſus iuramēti habet de facili piuriū icurritur. xxij q. ſ. non eſt contra.
Q; iuramētū non dʒ malū eſſe ſed a malo eſſe ſcʒ infirmitas eorum qbus aliqd ſuadetur. xxij. q. ſ. ita ergo.
Q; i ſcripturis nō eſt ꝓhibitū ab alio recipere iuramētum. xxij. q. ſ. quis.
Q; iurare non eſt pctm̄. xxij. q ſ. §. ſ. ꝛ. c. vt noueritis.
Q; iuramentum non eſt īſtitutum vt eſſent iniqtatis viciſſū vel cuiuſcunqꝫ criminis. xxij q. iiij. inter cetera.
Q; hec eſt cauſa īſtitutionis iuramēti vt oīs iurās adhoc iuret. vt quod verū eſt loquatur. xxij. q. v. iuramenti.
Item alia cauſa eſt iuramenti īſtitutionis īfirmitas dubitātis cū non vult credere. xxij q. ſ. ſi peccatum.
Item alia eſt cani deteſtatio idolorū, nam ideo cōceditur per deum iurare ne p idola iuretur. xxij. q. ſ. conſidera.
Q; i iuramento nō debet itentio verbis ſed verba itētioni deſeruire. xxij. q. v. humane.
Q; iuramentū debet habere tres comites. vꝫ veritatē: iudicium: et iuſticiam. xxij. q. ſ. et iurabunt ꝛ. q. ij. animaduertendum
Q; iuramentū veritatē habet vbi non aliter corde qꝫ ore iuratur. xxij. q. ij. iuramenti. ꝛ. c. quecunqꝫ
Q; iuſticiam habet quando licitum iuſtum eſt quod iuratur non tendens ad mortale pctm̄. xxij. q. iiij. innocens. §. illicitum.
Q; iudicio iuratur etiā i licitis. ij. q. v. ſacramentum. xxij. q. iiij. inocens. §. illicitum circa medium.
Q; iuramentū fit dupliciter vꝫ per creatorē et p eam que habeāt reſpectum ad creatorem: vel per creaturas. xxij. q ſ. conſidera. et duobus cap. ſequen.
Q; per creatoris capillū vel caput iurare eſt blaphemare xxij. q. i. ſi quis per capil.
Q; minus pctm̄ eſt per falſos

deos iurare verũ q̃ȝ per veꝛ
deum iurare falſum.xxij.q.i.
mouet.et cir.me.
Qꝛ per ea q̄ reſpectũ habens
ad creatoꝛē ſicut eſt crux:euã
gelia:et ſanctoꝛum reliq̄e et
ſimilia falſum iurare eſt peio
rare xxij.q.vlt.q̄ compulſus
et ca.ſe.
Qꝛ lectus i epm̄ repellitur a
confirmatione qꝛ publice iu
rauerat ſuper euangelia dei.
lxxv.di.archidyaconum flo
rentinum.
Qꝛ ſacerdotes ex leui cauſa
iurare non debēt.ij.q.v.ſi qs
pꝛeſbyter.
Qꝛ q̄ per lapidem vel aliã cre
atura iurat falſum periurus
eſt.xxij.q.vlt.ecce.
Qꝛ an q̄ iurans ſuper lapidez
putans ſuper euangelio iura
re obligat.xxij.q.v.humane
§.pꝛoximo.
Qꝛ plurium eſt neq̄ter decipe
re credentem.xxij.q.ij.c.i.
Qꝛ ſophiſtice iurãs periura-
tus eſt.xij.q.v.q̄cunq̃ꝫ.ꝛ duo
bus ca.ſe.
Qꝛ deus accipit iuramẽtũ ſi-
cut ille cui iuratur intelligit
xxij.q.v.quacunq̃ꝫ.
Qꝛ q̄ paratus eſt ad peioꝛan-
dum anteq̃ȝ iuret periur⁹ eſt.
xxij.q.v.qui.per iurare
Qꝛ q̄ dicit iurando pluit per-
iurus eſt.xxij.q.ij.hoĩes.
Qꝛ ſaul qꝛ de moꝛte ionathe
quam iurauerat: ſententiam
tulit: qꝛ eam pꝛopter populũ
exeq̄ nõ potuit periurus nõ
fuit.xxii.q.ii.c.vlt.§ itē oppo
nitur ante fi.
Qꝛ non peioꝛat q̄ cõpulſus
iuramentum non ipleuit.xi.q
iii.anteceſſoꝛ.
Qꝛ q̄ alium cogit peioꝛare
etiam ſi dñs iurantis ſic reus
eſt periurii.xxiii.q.iiii.iter ce
tera.q.v.q̄ compulſus.et.c.ſi
quis coactus.ꝛ quattuoꝛ ca.
ſequen.
Qꝛ illud eſt deflendũ quod
quis cõmiſit illicite per iura
mentum.coactum.xxij.q.iii.i
ter cetera.
Qꝛ ille q̄ alium cogit ſciēter
ad periuriũ vincit homicidã
ſcȝ q̃ȝtum ad damnum: qꝛ ille
damnificat aĩam: iſte coꝛp⁹
xxii.q.v.ille.
Qꝛ illicitum iuramentũ ma-
gis peccatum eſt adiplere q̃ȝ
periurium icurere.xxii.q.iiii
vnuſquiſq̃ꝫ.
Qꝛ iuramentũ factũ contra

ꝯceptū dñi culpatur et nō te-
net. xxij.q.iiij.inter cetera
¶ Qꝫ oē iuramētum eſt ſeruan
dū niſi in peiorē vergat exitū
et ſalutis detrimētum.xxij.q.
iiij.quod dauid.⁊ fere vſqꝫ ad
finem queſtionis.
¶ Qꝫ nemo ante etatem legitti-
mū.i.ante annos.xiiij.cogen
dum eſt iurare. xxij.q.v. par-
uuli.⁊ duobus ca.ſequētib⁹.
¶ Qꝫ diebus dñicis a ſeptuage
ſima vſqꝫ ad octauā paſche ⁊
ab aduentu vſqꝫ ad octauam
epyphanie:⁊ quattuor tēpo-
ribus ⁊ iletania maiori:⁊ in
dieb⁹ rogationū:niſi ꝓ ꝯcor
dia ⁊ pace null⁹ ſolēnit iura-
re pſumat.xxij.q.v.decreuit.
¶ Qꝫ decens eſt vt iuramentuꝫ
a ieiunis preſtetur.xxij.q.v.
iuramentum.
¶ Qꝫ forma iuramētī īuenitur
ſm diuerſoꝝ ſtat⁹ tpm ⁊ hoīꝫ
¶ Qꝫ in veteris legis iurabāt
viuit dñs ⁊ viuit aīa mea.xxij
q.i.⁊ iurabunt.
¶ Qꝫ i primitiua eccleſia iura-
bant.teſtis eſt michi deus.et
teſtis eſt michi cōſciētia mea
xxij.q.i.ſi peccatum.
¶ Qꝫ modernoꝝ eſt iuramētū
ſic me vel te deus adiuuet.et
iſte reliq̄e ſanctoꝝ vel ꝯſimi-
le.xxxv.q.vi.de parentela.et
quattuor ca.ſe.i.q.vij.quoti-
ens.xxij.q.i.habemus.
¶ Qꝫ forma iuramēti ab here-
ſi vel a ſciſmate redeūtiuꝫ eſt
ſpecialis.i.q.vij.quotiēs de
conſecra.diſtin.ij.ego beren
garius.
¶ Qꝫ in forma iuramenti fide-
litatis ſex req̄runtur:de hoc
hēs vbi agitur de fidelitate.
¶ Qꝫ epiſcopo vel preſbitero
non exigitur cōmunis forma
iuramēti.ſed per ſanctā con-
ſecrationē tm̄ interrogari de
bēt.ij.q.v.ſi quis preſbyter.
¶ Qꝫ infideles ⁊ ydolatre iu-
rant per creaturas.xxij.q.i.
iurabunt.
¶ Qꝫ ideo xp̄s nō ꝓhibuit iu-
rare per deum ſed per creatu
ras ne videlicet per cōtēptū
creaturaruꝫ peioraretur vel
aliquod numē deitatis i crea
turis crederetur.xxij.q.i.
¶ Pax:ac fama.fides:reuerē
tia:cautio damni.
Defectus verbi ſibi poſcunt
ſacra tueri.
¶ Qꝫ ab his iuramenta irrita-
ri poſſunt.videlꝫ a papa.xv.
q.vi.auctoritatem.

Item ſeruoꝝ a dn̄o ſuo.liiij. di.ſi ſeruus ſciente.
Itē vxoris a marito ſuo.33. q.v.manifeſtum
Itē monachi iuramētū a ſuo abbate.xx.q.iiij.monachum
Q ſolus papa a iuramēto licito ſoluit.xv.q.vi.alius.
Q abſoluit ſubitos excōmunicatoꝝ excōicationē contēnentiū a iuramento fidelitatis.xv.q.vi.nos
Q anq̄ incēdiarij abſoluantur cautio iuratoria reqrat. xxiij.q.vlti.peſſimam
Q grauior infligit pena perioráti q̄ ꝯſentienti.xxij.q.v. ſi qs conuictus.
Q eadem pena eſt pro periurio ⁊ homicidio.xxij.queſt.i. predicandum
¶ De hac materia reqre vbi agitur de mendacio
¶ Iuriſditio. q iuriſditio clericoꝝ ⁊ epoꝝ que eſt circa curā aiaꝝ ab abbatibus non eſt vſurpanda.xvi.queſtio.i. interdicimus
Q nec metropolitanus vel p̄s intromittere ſe debet de iuriſditione alterius epi ſine ſcire ipſius.ix.queſtio.iij. nullus primas
Q primas vel patriarcha nō habet iuriſditiones in epos ſed tm̄ in archiepos.ix.q̄ſti. iij.conqueſtus
Q extra propriam iuriſditionem nullus debet iudicare.iij.q.vi.peregrina.⁊ quatuor.ca.ſeq̄n.
Q crimen commiſſum inducit iuriſditionem in extraneam.iij.que.vi.vbi crim̄ ſemper ⁊ ca.vlt.vi.queſti.3.placuit ⁊ cap.ſeq̄n.
Q qui canonicam habat ad prelaturam electionem habet ⁊ iuriſditionem mouet §.item chriſtus
Q illicitum iuramentum nō eſt complendum.xxiij.diſti. duo.⁊ ca.ſeq̄n.
Q pluribus modis iuramētum dr illicitum.videlicet ex perſona iurantis.vt ſunt impuberes quorum iuramentū non tenet.xxij.que.v.paruuli.⁊ cap.ſeq̄nti.
Item eſt illicitum ex perſona cui iuratur: vt cum clericus laico iurat quod no licꝫ.xxij. q.v.ca.nullus.
Itē ex re ē illicitū iuramētū vt ſi res p quā iurat non ē ſacra.xxij.q.i.clericum.

Item ex fine eſt illicitum. vt ſi iuratur propter electionē ꝛ ante electionem. viij. que. ȝ. artaldus

Item ex cā ſcȝ obligatoria ad hoc impellēte. Exemplū de herode ꝛ ſaltatrice. xxij. q iiij. vnuſquiſqȝ

Item ex mō eſt illicitum vt ſi temere vel indiſcrete vel ſine neceſſitate. Exemplū de Jepte qui indiſcrete iurauit xxij. queſt. iiij. vnuſquiſqȝ. et q. i. ita ergo

Item ex tempore eſt illicitū vt ſi dominicis diebus vel alijs ꝓhibitis iuratur. xxij. q. v. decreuit. Vn̄ ꝟſus. de omnibus ſupradictis

Quis/qd/cui/per qđ/ad qd/cui/ quomodo/ quando.

Q licitū iuramētū fit i ſex caſib⁹: vcȝ pro pace vel amoris ꝯiunctione. xxij. q. i. c. i.

Itē ꝓ īfamie expurgatiōe. ij. q. iiij. pbr̄. ꝛ tribus. c. ſe.

Item pro fide ꝛ fidelitate. de cōſe. diſt. ij. ego berengarius xv. q. vi. alius

Itē pro obediētia ſiue reuerentia. xviij. diſt. quāqȝ

Item pro veritate inquirenda ſiue in teſtib⁹ ſiue in alijs. xxiiij. queſt. ij. qnāqȝ. xxij. qſti. i. omne

Item pro dāno dato vel dādo. ij. q. i. ī pmis circa mediū. Unde verſus. xi. queſt. v. experientie tue

Q laici habuerūt qnqȝ ꝛ hn̄t intra eccleſiā de eccleſiaſticeȝ iuriſditionē ſūmoꝝ pōtificū ꝛ inueſtituras epoꝝ. lxiij. di. adrianus. §. pꝛicipibus. ꝛ. c. in ſynodo

Q poſſunt in ꝯcilio intereſſe precipue: vbi agitur de fide. xcvi. di nos ad fidem. ꝛ cap. vbi. ꝛ. c. ſatis

Itē datur eis iuriſditio pſonas incorrigibiles corrigendi. xxxij. diſti. eos qui.

Item datur eis iuriſditio in fidei vel epoꝛum contemptores morte affligendi. xxiij. q. v. principes. xvij. diſtinctio. nec licuit. xi. queſti. i. ſi quis ſacerdotum

Item in eos qui ſciſma faciunt vel excommunicationeȝ contēnunt. xxiiij. queſt. v. de liguribus

Itē datur eis iuriſditio vbicunqȝ eccleſiaſtica poteſtas non valet exercere diſciplinam. xxiij. queſt. v principes.

¶ Ius. q ius generale no‑men eſt. quod iuſtum requi‑rit: ⁊ inde iusdictum eſt. i. di. ius generale.
Q ius in duo ſcꝫ in ius natu‑rale ⁊ ius poſitiuū diuerſifi‑catur. i. diſt. humanū genus.
Q ius naturale innuitur in euangelio vbi dr: quecunqꝫ vultis vt vobis faciant ho‑mines ⁊ vos facite illis et e‑conuerſo. ibidem
Q ius naturale iuri poſiti‑uo antefertur. vcꝫ qꝛ prius et dign⁹. v. di. §. i. viij. diſt. quo iure. §. dignitate vero
Item qꝛ ei cedit omnis ꝯſue‑tudo vel conſtitutio. diſtinc. ix. per totum
Item quia contra ius natu‑rale non admittitur diſpenſa‑tio niſi ad maius malum vi‑tandum. xiij. diſtinctione. §. i. ⁊. vi. diſtin. non eſt peccatum §. his itaqꝫ
Item quia ius naturale vult omnia eſſe communia poſiti‑uum vero reſtringit ad meuꝫ ⁊ tuum. viij. diſtinctione. §. i. ⁊ cap. ſeqn.
Q ius poſitiuum ſiue huma‑nū diuerſas habꝫ ſpēs. quia aut eſt ius ciuile aut gētium aut militare/ aut publicū/ āt quiritū. i. romanoꝝ. de qbus i. diſt. per totum
Q iure diuino ⁊ hūano res poſſidentur. ſed differenter. xxiij. queſt. vij. ca. i.
Q iure poli regūt matrimo‑nia nō iure foꝛi. i. ciuili
Q mulierem reddit infamē ſi moꝛtuo viro infra tpꝰ de‑terminatū ducat aliū. ij. q̄ſt. 3. euphemiū. §. ſeq̄nti.
Q ius interpꝛetādi canones habet qui poteſtatem habet condendi. xi. q. i. ſicut eñ. §. ex his omnibus
Q iudex dictus ex eo q ius dicat populo ſine de iure di‑ſcentet. xxiij. q. ij. cap. i.
Q qui eccleſie ius ſuum de‑trahit in iuſticiam committit xxij. diſt. omnes.
¶ Iuſticia. q iuſticia ē ſum‑mū bonū colere ac vnicuiqꝫ iura ſua ſeruare. xij. queſtio. ſecunda. cum deuotiſſimam poſt medium
Q iuſticia eſt equitas tole‑randi inopiam ⁊ temperātiā habere in abundantia. qua‑drageſimaſecunda diſtictio. quod dicit.
Q iuſticia eſt patriam ⁊ ſo‑

cios defedere.xxiiij.queſt.3.
fortitudo
Qꝫ vbi fides ꝛ charitas de
eſt iuſticia eſſe nō pōt. xxiiij
queſt.i.vbi.
Qꝫ iuſtus miſeris ꝯpatit.xlv.
diſt. vera iuſticia
Jtē nō odio ſʒ bono zelo eſt
exercēda.xxiij.q.iij.ſex
Qꝫ ſemꝑ ē mia tēperāda.xlv
diſt.diſciplina.ca.ois.ꝛ.ca.
vero.ꝛ.c.ſeq̄nti
Qꝫ iuſticiam aux ꝛmunꝰ vio
lant.xi.q.3.pauper.q̄ recte.
i.q.3.vendentes
Qꝫ cultum ſuū iuſticia ꝑdit
quando ſilentia iudicij ob=
ſtrepentium turbo confun=
dit.v.q.iiij.in loco
Qꝫ iuſtꝰ quotiēs tadit totiēs
reſurgit.de pe.di.3.ſepties
Kalende. q kalende ia
nuarij iuxta ritum gē
tilium prohibentur
chriſtianis obſeruare. xxv.
queſt.vltima.non licet.ꝛ.ca.
non obſeruetis.ꝛ.ca.ſi quis
kalendas ianuarij.
Qꝫ preſbyter cum kalendas
conueniunt quaſi ſemiple=
num ventrem hebeant: lu=
cris honeſtioribus intendāt
xliiij.diſtinctio.quando preſ
byteri.ꝛ cap.nullus pbrōꝝ.
¶ De hac materia habes
vbi ponitur E.
Labia. q labia
ſacerdotis de=
beat ſcientiam
cuſtodire. xi.q.
i.ſacerdotibus
xliij. diſtinctio.
rector.ante medium
¶ Labor. q labor bonus ē
in ꝟtutibus ꝛ ſpūalibus ex=
ercitijs. xxiij. queſtione. iiij.
quis non poteſt
Qꝫ labor malus eſt in mundi
delectabilibus et peccatis
xxiij.queſtione.vij.quemad=
modum.
Qꝫ labor indifferens eſt in
neceſſitatibus corporis. de
con.diſt.v.nunꝙ̄.
Qꝫ merces felicitatis nō ac=
q̄ritur niſi per laborē ꝟtutis
de cō.di.v.ieiunium
Qꝫ ſeculi dilectores fortes
ſunt in labore malo debiles
in labore bono.di.xlvij.oēs
Qꝫ apl's ne q̄nꝙ̄ grauaret ꝓ
prijs manibus laborat.i.q.ij
ſacerdos
Qꝫ boni laboris ſui nō in pn̄
ti:ſʒ i futuro q̄rūt fructū reci
pere.i.q.ij.ſacerdos

¶ cum prelatus vel predicator ĩ aliquibus ſine fructu laborat ad alios vt proficiat ſe tranferat.vij.q.i.c.vl.viij. q.i.olim.
¶ iuſtum eſt vt illi cõſequãtur ſtipendiũ qui laboris ipẽderunt obſequiũ.i.q.ij.ſacerdos in fi.xij.q.ij.chari.
¶ laborantes pro eccleſia ſtipendia debent accipere ab eccleſia.xij.q.ij.eccleſiaſticis
¶ Lac.ꝙ lac abraam non vina ãgelis hoſpitio receptis ꝓpinauit.xxxv.d.ſexto die i fi.
¶ ſicut incongruũ eſt non paſcẽtem gregem lac gregis vſurpare.ſic eſt militantiũ ſtipendia non militando ſubripere.xiij.q.i.c.i.ante finem.
¶ Lachryma.ꝙ lachryma amariſſima petri peccatũ deleuit negationis.l.di.ponde.
¶ ĩ peccato negationis petri lachryme eius ⁊ non alia ſatiſfactio legitur.de pe.di. petrus doluit.
¶ lachryme lauant delictũ quod pudor eſt confiteri:qđ non eſt intelligẽdum ſine cõfeſſione ſed peccatũ ſi adeo graue eſt vt cũ pudore confiteatur non ideo eſt deſperandum quia lachryme lauãt:de pe.di.i.menſuram.§.primo.
¶ non eſt mundus qui poſt lachrymas repetit ea que defleuit.de pe.di.3.irriſor eſt.et tribus ca.ſequentibus.
¶ non excuſatur ꝙ lachrymas habuit pro tẽporali dãno.et non poteſt habere pro peccato deflendo.de penitẽ diſt.iij.§.itẽ opponitur in fi.
¶ lachrymas multi indeſinanter fundunt ⁊ tamen peccare non deſinũt.de pe.di.iij irriſor eſt.ante fi.
¶ lachryme debent eſſe arma clericorum.xxiij.queſtione.viij.conuenior.
¶ De hac maťia habes.vbi agitur de fletu.
¶ Laycus.ꝙ layc⁹ de reb⁹ eccleſie non dꝫ ſe intromittere nec ſibi ſunt committende lxxxix.di.iudicatum.
¶ epiſcopus qui decimas et alias res eccleſie conſanguineis vel alijs laicis diſtribuit tanq̃ ſymoniacus et inter pͣcipuos hereticos vt ãti chriſtus hẽatur.i.q.3.ꝯuenit De hac materia hẽs vbi agiť de elatiõe ⁊ vbi agiť de imperatoribus.et vbi agitur de iu-

rlſditiōe ꝛ vbi agit̃ de iudicio
¶ Lapſus. ꝙ lapſꝰ duplex i uenitur: vꝫ a fide q̄ fit ꝑ here ſim: ꝛ amoꝛibꝰ q̄ fit ꝑ moꝛtale pctm̄. i. q. vij. ſi q̄s omnem
An ep̄s vel clericꝰ per here ſim lapſus poſt reuerſionem poſſet reſtitui ꝛ qualiter. i. q. vij. ferre per totum.
Utrum ep̄s vel clericus poſt pcti lapſum per dignā p̄niaꝫ reparari poſſit ꝛ qualiter. l. d. per totum vſqꝫ ad. §. ꝙ verō.
Q2 cum magna diſcretione ꝛ conſilio lapſi ſunt reſtituēdi l. di. de eo tamen.
¶ Larua. ꝙ laruis demonū ante ſe ferri pꝛeſbyteri nō cō ſentiāt. xliiij. di. nullꝰ pꝛeſby teroꝛū. de con. di. v. nullus.
¶ Latro. ꝙ latro vniꝰ momē ti p̄nia meruit eſſe i paradiſo xxvi. q. vi. pꝛeſbyter.
Item idem latro i cruce pen dens pꝛemiū eternū amiſiſſet ſi ip̄m vnius hoꝛe penitentia nō iuuaſſet. xxvi. q. vi. cogno uimus.
Q2 latro nō eſt ꝑ noīe xp̄i: ſed pꝛo ſuis facinoꝛibus crucifi xus: ſed dū patitur credit. de con. di. iiij. baptiſmi.
Q2 latronis penitētia q̄ ſera fuit īuenit ꝙ vera conuerſio ī vltimis poſitoꝛum mente po tius eſtimāda eſt q̄ꝫ tpe. xxvi q. vi. cognouimus.
Q2 ſicut ī latrone defectū ba ptiſmi dignitas xp̄i ſupple uit fidem ī pueris tēpoꝛe ba ptiſmi quā ꝓfiteri nō poſſūt de con. diſt. iiij. baptiſmi. per totum ca.
Q2 ep̄s rerū eccleſiaſticarum dilapidatoꝛ tanq̄ꝫ fur ꝛ latro degradatur. x. q. ij. c. vltimo
Q2 licet latro ſuſpendendus crudelem iudicem putet non ꝓpter hoc eſt crudelis q2 cru delem iugulat. xxiij. q. v. non eſt crudelis.
Q2 q̄ latronem ī membꝛis de bilitat pꝛodeſt latroni. q2 ipi us maliciā ꝓ tanto cōpeſcit. xxiij. q. iij. ſi quis foꝛtitudi.
Q2 latroni ad latrocinia aſpi ranti parcere nō eſt miſerꝰ coꝛ dia: ſed iniuſticia. xxiij. q. iiij. eſt iniuſticia.
¶ Lauachꝛum. ꝙ lauachꝛū cōmune xp̄ianum ꝛ pꝛecipue clericum non conuenit habe re cum mulieribus. lxxxi. di. non opoꝛtet.
Q2 ſicut i lixiuium per cinerē fluens lauat ꝛ nō lauatur: ſic

doctrina per doctorē aīas cre
dentiū lauat a ſordibus pctō
rum.lxxxiij.di.nichil illo pa=
ſtore.§.q uamq̄.
Q; ex ex̄plo iohānis euāge=
liſte poſſum⁹ v ti lauacro cor=
porali.xxiij.q.i.oīs.
Q; corporalia et palle a dya=
conis et miniſtris debent la
uari. de con.diſti.i.nemo per
ignorantiam.
¶ Laus. q laus deo ꝓ ſuis
beneficijs a nobis eſt impen
denda.xv.q.i.reuertimini cir
ca finem.
Q; non bene cōueniunt ī vno
ore laus xp̄i et laudes iouis
lxxxix.di.cum multa.
Q; de verbis laudantiū nos
non multum debem⁹ curare.
xi.q.iij.inter verba.
Q; velle laudari ⁊ dare hiſtri
onibus vt laudemur viciū eſt
lxxxix.di.donare.
Q; ſunt aliqui qui non niſi ꝓ
humana laude largiuntur: ⁊
ſolummodo de hoc retribu=
tionem querunt.i.q.i.ſunt nō
nulli.et.q.iij.non ſolum.
Q; nichil iſto paſtore miſera
bilius q̄ luporꝝ gloriatur lau
dibus.lxxxiij.di.nichil
Q; periculum eſt īdignū lau=
dare. q: dum malefacta laudi
bus efferūtur augmentātur:
xlvi.di.ſunt nonnulli.
Q; q̄ ſcienter īdignū laudat
xp̄m (cuius mēbra ſum⁹) vio
lat.xi.q.iij.ſi qs hominem.⁊
cap̄.ſe.
Q; deus bonos vltra meritū
laudatos ab alijs permittit ī
accuſationē venire. vt culpa
ex laude cōtracta ſuffocetur
vi.q.i.ſunt plurimi.
¶ Lectio. q lectio diuinarū
ſcripturarum non fabule de=
bent īſeri ī menſis clericorū
xliij.di. pro reuerentia: ⁊ ca.
conuiuijs.
Q; clerici ⁊ prelati debent īſi
ſtere lectioni. xxxvi.di.q̄ ec=
cleſiaſticis.§.ecce
Q; ep̄s debet ītendere lectio
ni et orationi et doctrine: q:
ſibi non ſufficit ſanctitas vi=
te niſi aſſit et ſcientia doctri=
ne.xxxvi.diſt.q̄ eccleſiaſticis
§.ecce.⁊.lxxxviij.di.ca.i.
Q; ſicut ſtellam non obſcurat
nox: ſic iherentes firmamen
to ſacre ſcripture non obſcu=
rat mundana iniqtas.xxxviij
diſt.ſicut
Q; q̄ amat ſcientiam ſanctaꝝ
ſcripturarū: carnis vicia non

amabit.de con.di.vlt. nunq̃ꝫ

Qui libri ſunt ī quibus ep̃s precipue et ſacerdotes legere debent habes.xxxviij.di.nulli et quattuor ca.ſe.de cō.di.vlt.nunq̃ꝫ.

Qui libri eſſe que electiões et que homelie i eccleſia legi debent habes.xv.di.ſacroſācta.et.§.ſe.

Qꝫ clerici et precipue epĩ in gentilium libris et maxime q̃ ad luxuriam ꝛ vanitatem prouocauit non debent legere.xxxvij.di.per totum.ꝛ.lxxxvi di.cum multa

Q₂ dum beatus Hieronym⁹ libros gētiliū legeret ab angelo eſt duriſſime correptus xxxvij.di.legimus.

¶ Lector. ꝙ lectores dicti ſunt a legendo.xxi.di.cleros

Q₂ lectoꝝ offm̃ ex lectiones pnunciare.xxv.di.perlectis

¶ Legatus.ꝑ legat⁹ honorandus eſt loco illius cui⁹ legatione fungit̃.xciij.d.c.vlt.

Q₂ legatus ſiue ſedis apoſtolice ſiue cuiuſcūq̧ lr̃as debet ſecum portare legatiōis ſue.xcvij.di.nobiliſſimus

Q₂ legatus non debet querere profectum ſuū ſed eccleſie xcij.di.ſi quis.

Q₂ legat⁹ pape iuriſdictionē̃ epiſcopi non debet eſeruare xi.q.i.peruenit.

Q₂ legatus a latere pape miſſus īter terminos legationis ſue poteſt cauſas ad ſe per appellationem deuolutas audire et terminare.ij.q.vi.decreto.

Qꝫ an legat⁹ pape poteſt generale concilium celebrare.xvij.di.ſynodum

Qꝫ plura concilia generalia per legatos pape mandante papa ſunt celebrata lxiij.diſt. adrianus.ꝛ.i.q.v. conuenientibus.

Qꝫ ſubdyaconi poſſunt eſſe legati dn̄i pape a latere miſſi ad oīa negocia perpetrāda.x q.iij.relatum.

Qꝫ oēs epĩ ꝛ ſacerdotes ſūt honorandi: q₂ legatione xp̄i funguntur.vij.q.i.ois.

Qꝫ legatus ſ̃m locoꝝ legationis ſue exigētiā dꝫ i expēſis eſſe cōtēt⁹.x.q.iij.relatū.

¶ Lepra.ꝙ lepra cutꝭ lepra veſtis lepra dom⁹ iubētur ſacerdotib⁹ oſtendi: q₂ pctā ſacerdotibus debent reuelari.de pe.di.i.§.moyſi.

Q₂ lepꝛoſi m q̇ deſcendit de
monte xp̄s ſanauit. ⁊ pꝛiuſq̃
ſanaret clamauit: ſignificat
ꝙ in ſanatione ſpūali ꝯfeſſio
nō debet ꝯtēni. de pe. di. i. §.
xp̄s quoq̃
Q₂ i hoc ꝙ xp̄s lepꝛoſos mū
datos ad ſacerdotes emiſit:
legalia appꝛobauit. i. q. i. nō=
Q₂ i hoc ꝙ lepꝛoſi añq̃ (ne
ad ſacerdo tes ꝑuenıret mū
dati ſūt. innuit ꝙ pctōꝛ in ſo=
la ꝯtritione mūdat: vbi cō=
fuſionē neceſſitatis articulꝰ
excludit ꝺ pe. di. i. §. hoc idē
Q₂ ꝯfeſſoꝛ debet hr̄e ſniam
diſcernendi inter lepꝛā ⁊ le=
pꝛā. xx. di. §. i.
Q₂ i hoc ꝙ maria ſoꝛoꝛ aarō
ꝓ pctō lepꝛa ꝑcutit: ⁊ poſt ꝑ
pniam reſtituit fiducia venie
penitentibus datur. l. diſtin.
poſt. §. econtra
Q₂ i hoc ꝙ maria ꝓpter mur
mur in moyſē lepꝛā incurrit
innuit ꝙ iſurgēs ꝯ ꝑlatū gra
uit delict. ij. q. vij. plerūq̃. §.
itē obijcicitur. Et de accuſa
tiōe ꝑlatoꝝ ibi tractat
Q₂ in hoc ꝙ rex ozias ſacer
dotū officia vſurpās lepꝛa i
tēplo ꝑcutit ſacrilegoꝝ cul=
pa ⁊ pena exaggerat, ij. q. vij

nos ſic' §. ſed notandum
Q₂ q̇ ſymoniace aliquē oꝛ=
dinat lepꝛā nō offm̄ cōfert. i.
q. cum oꝛdinaretur.
Q₂ ſicut giezi ꝓpt pecuniaꝫ
lepꝛā icurrit: ſic pecunia ma
le conqſita coꝛpꝰ ⁊ aīam cō=
maculat i. q. i. cito
¶ Leuita. ꝙ leuite ex noīe
auctoꝛis vocati ſunt. de leui
cm̄ exoꝛti ſunt: hi grece dya
cones: latine miniſtri dicunt
xxi. di. cleros
De purificatiōe leuitatū et
de domus purificatiōe hēs
de con. di. 3. nec q̄ tēq̃
Q₂ ex leuitis ſacerdotalis
dignitas quandoq̃ intelligi
tur. l. di. ⁊ purgabit
¶ Lex. ꝙ. lex multiplex eſt
vez diuina q̄ natura conſtat
di. i. omnes leges.
Itē lex hūana ē q̄ moꝛibus
ꝯſtat. di. i. omnes leges
Itē lex vetꝰ q̄ dr teſtamentū
vi. di. teſtamentum.
Itē lex nate q̇ facit oīa cōia
q̄ lex hūana facit ſingularia
dicēs meū ⁊ tuū. viij. di. q̇ iu=
re. ⁊ xij. q. i. dilectiſſimis
Item lex ſpūs quem inſtin=
ctu ſpiritus ſancti coꝛdi in=
ſeritur. xix. q. ij. due

Itē lex carnis q̄ abſq̧ culpa eſt in corpore nonꝯſentientis xv.queſt.i. ſi concupiſcentia. xxxij.q.v. ſi paulus

Item lex ꝑuata q̄ idem eſt qđ lex ſpūs.xix.q.ij.due

Item lex publica q̄ a ſanctis pr̄ibus eſt tradita.vt eſt lex canonū.xix.q.ij.due.

Itē lex ꝯiugij q̄ in baptiſmo nō ſoluit.xxvi.diſt.vna

Item lex eſt ꝯſtitutio ſcripta xij.diſt.moyſes

Item lex eſt oē quod ratione ꝯſtat dūtaxat:quod religioni cōgruat quod diſcipline conueniat ⁊ quod ſaluti proficiat i.diſt.conſuetu.

Item lex eſt cōſtitutio populi quam maiores natu ſanxerunt.ij.diſt.lex

Q leges hūane vel publice ſm diſpōnes terraꝝ variātur i.diſt.oēs.⁊.xxxi.diſt.aliter

Q diuerſe diuerſis tꝑoribus emanarūt q̄ noīa a ſuis auctorib⁹ ꝯtraxerūt,ij.diſt.q̄dam.

Q diuerſi inuētores legum ⁊ nomina eorum ponuntur:vij.diſt.moyſes

Q leges facte ſunt vt hūana coerceatur audatia ⁊ tuta ſit inter improbos innocētia.iiij diſt.facte ſunt.xxiij.q.v.non fruſtra.⁊.c.ad fidem

Q lex aut ꝑmittit aut vetat aut punit aut precipit.3.diſt.omnes autem

Q lex nō dʒ ſtatui pro ꝑuato cōmodo ſed pro vtilitate cōi iiij.diſt.erit autem lex.

Q leges inſtituūt cū ꝓmulgant ꝯfirmātur dū approbātur.iiij.diſt.in iſtis.§.xxi.

Q lex dʒ eſſe honeſta: iuſta: poſſibilis:vtilis:loco tꝑiq̧ ꝯueniēs.iiij.di.erat aūt lex

Q lʒ ꝯditor legis ſolut⁹ ſit a legib⁹:tn̄ honeſtū ē vt ꝑ ceteris ſm leges q̄s ſtatuit viuat xxv.q.i.ꝯfidi.⁊ ca.ideo

Q xp̄s q̄ legē dedit legē īpleuit.xxv.q.i.iō.§.his itaq̧

Q ſācta eccleſia nō aſtringit legibus.xi.di.catholica.

Q leges ſeculi nō dedignantur canones ſequi.ij.queſt.3.euphemiū.§.in fine.

Q lex q̄ obuiat ſacre ſcripture ⁊ decretis pape ⁊ bonis moribus nullius debet eſſe momēti.x.d.non licet ⁊ quattuor ca.ſe.

Q lex diuina ⁊ canonica ſuperior eſt lege ciuili.x.diſtinctione.leges.

Qꝫ iſtud qđ legib⁹ ꝓcipue ec
cleſiaſticis eſt diffinitū in iu
dicijs ē tenendū.vi.q.iiij.ſi
inter.xi.q.3.ſummopere
Qꝫ q̄ legibus ſtabilita ſunt
mutare non licet.xiij.q.iiij.ſo
ror.§.vltimo
Qꝫ nō ꝯuenit iudicare de le
gib⁹.iiij.diſt.erit.§.ꝓxio.⁊c.
Qꝫ illa q̄ cōtra legē fa= (ſe.
cta ſunt pro infectis dñt ha=
beri.xxv.q.ij.imperiali.
Qꝫ lex ſtatuit penā malis: et
p̄mia bonis.xxiij.q.v.ſi vos
Qꝫ q̄ lege ꝓuata ducit̃ nulla
ratio exigit vt a publica le=
ge ꝯſtringatur.xix.q.ij.due.
Qꝫ lex ē a dño: ꝓuaricatio le
gis a dyabolo.xxxv.di.ſexto
¶ Libellus. ꝙ libellus fa=
moſus eſt q̄ in infamiam ali=
cuius conſcribitur.v.queſt.
i.ca.i.⁊.ij.
Qꝫ libellū famoſum quicūq;
ſcripſerit ⁊ publicauit ana=
thematizandus eſt.v.q.i.hi q̄
⁊ ca.precedenti
Qꝫ ſcdm̄ leges imperatoris
famoſum libellū inueniens
⁊ nō ſtatim eū deuaſtans ſed
publicās tanq̄ auctor capi=
te punitur.v.q.i.§.ſi quis
Qꝫ libellus conuentionalis
debet offerri ei qui ꝓuocat
ad iudicium.3.q.3.inducie.§.
offeratur
¶ Liber. ꝙ liber vite q̄d ſit
⁊ q̄d ſit ſcribi in ipſo habes
infra vbi agitur de ſcriptura
¶ Liberalitas. ꝙ liberali=
tas pro ſancta fide tam loco ⁊
tempore cōmēdatur.lxxxvi.
di. non ſatis.
Qꝫ approbata eſt liberalitas
que circa proximos ⁊ cōſan
guineos pro neceſſitate ex=
ercetur. lxxxvi. diſti. non ſa=
tis.§.eſt etiam
Item liberalitas pulchra ē
que indigentibus tempera=
te ⁊ non ſuꝑflue impenditur.
lxxxvi.di.nō ſatis.§.item pul
chra ⁊ ſupra.§.dñs.
Qꝫ ep̄s dꝫ eē liberalis: alio=
qn vacuū portabit nomē ep̄i
lxxxvi.di.nō ſatꝭ.§.liberalē
Qꝫ dare hiſtrionibus ⁊ phi=
bitis venatoribus ⁊ perſo=
nis turpibus non ē largitas
ſed vicium.lxxxvi.di.dona=
re.⁊.cap.ſe.
¶ Libertas. ꝙ libertas re=
manebat inconcuſſa anteq̄
vinū inueniretur.qr hāc noe
primus per ebrietatem vio=
lauit.xxxv.di.ſexto.

Q piũ ẽ meritoriũ xpīanos ſue libertati reſtituere: quoſ xp̄us ſuo redemit ſanguine. xij.q.ij.cum redemptor

Q bonũ ꝓpoſitũ nõ ẽ ꝓhibedũ q2 vbi ſpũs ſctũs e ibi libertas.xix.q.2 due in fi.

Q mala volũtas nõ ẽ pmittẽda ſue libertati vbi pt ꝓhiberi.23.q.iiij diſplic3 exẽplũ

Q nẽo ex prauā cõſuetudine libertatẽ eccleſia d3 infringere.xij.di.omnia

Q ſerui eccleſie nõ debẽt ordinari niſi p̄us p ep̄m hẽant libertatem.liiij.di.admittuntur §.de ſeruis

Q abbas vel monachus ſeruũ monaſterij liberum facere nõ põt qui eñ ꝓprium nõ h3 rei aliene libertatem dare nõ põt.liiij.di.abbati

¶ De hac ma͠ria habes vbi agitur de manumiſſione

¶ Libert⁹. q libert⁹ ẽ q̃ ex ſuili ſtatu tradit⁹ ẽ libertati xij.q.ij.de libertis.

Q libert⁹ manumiſſ⁹ a p̄ncipali patrono nõ ſingulis d3 reuerentiam exhibere.xij.q.ij.ep̄s qui.§.ſi vero.

Q libert⁹ ſine licentia ſuperioris patronũ accuſare non põt.xij.q.ij.ep̄s.q̃.§.libert⁹. 2.§.in patronos.

Q liberti eccl͠ie tp̄e ſue manumiſſiõis dñt pſcriptũ pfiteri ſe eẽ de familia eccl͠ie 2 ꝺ obſeq̃o ei⁹ nũq̃ velle recedere xij.q.ij.ꝺ libertis §.ne vero.

Q nouo ep̄o ſurgente liberti eccleſie 2 ab his geniti ſuã cõditionem preſente ep̄o in cartulis debent ꝓteſtari.xij. q.ij.longinq̃tate

Q liberti eccleſie ad ſacros ordines promoti a ſeruitijs eccleſie debent ſeparari.xij. q.ij.de libertis.

Q liberti eccleſie ſi negotia ipius facere cõtẽpſerint vel ꝯ eccleſiam inſurrexerint in p̄ſtinam ſeruitutẽ reuocãtur xij.q.ij.dyacõi.2.c.ep̄s q̃ma. 2.c.liberti.2.c.octaua

¶ De hac ma͠ria habes vbi agiꝛ de manumiſſione

¶ Licentia. q licẽtia p̄ſumptionis vt cũ q̃s ꝓpria auctoritate a ſuperiore ꝯmiſſa dimittit.xi.q.ij.placuit

Q eſt licentia diſpenſatiõis vt qñ ſymoniacus ignorãter ordinem recepit exequendi officium ſibi licentia datur. i.q.v.cap.vltimo.

Itē eſt licentia occaſionis vt cum ex continentia viri vxori datur licētiā fornicādi. xxvij q.ij.ſi tu abſtines.
Itē eſt licētia pmiſſionis vt quando iudeis celebrandi cerimonias licentia datur. xlv. di. qui ſincera
Itē eſt licētia approbatiōis ſicut eſt licētia nubendi data ab aplō. xxviij. di. de his in fi.
¶ Lignū. q de lignis ecclie habes vbi agit de eccla māli
¶ Ligua. q ligua q̄libet habet quedē locutionū ppria genera que cum i alia trāſferuntur videnf abſurda. xxviij di. locutio
Q ſuper apoſtolis ſpūs ſanctus i lingua ſpecie ſedit q quos replet de ſe loqui facit xxviij. di. locutio
Q opa ſacerdotis ſiue predicatoris cū ligue ſonitu cōcordare debent. xliij. ſit rector poſt medium.
Q icelum hoc ponere ⁊ liguā interrā tranſire: eſt platis ſuis derogare. xxi. di. i tantum
Q pper detrahētes liguas correctio peccātis a prelato nō dz omittit. xlv. di. ſz illud ⁊ l. di. ſi q̄s dyaconus ante finē
Q nichil pdeſt ieiunare vel orare niſi ligua a detractionibus cohibeatur. de con. di. v nichil enim prodeſt.
Q non refrenans linguā ſuam huius vana eſt religio. v. q. iiij. in loco.
Q cuicūq non ſufficit oculos caſtos ſeruare: ſed et linguam. q que de alijs loquuntur ſua ſententia iudicabūtur vi. q. j. ex merito.
Q i pdēnatione pſone nō minus periculoſa eſt ligua iverbis mētiēs q̄ man ſanguie i fūdās. xi. q. iij. nemo peritorum
De hac materia habes vbi agitur de locutione.
¶ Lis. q lis ex arrogātia puenit ⁊ garrulitatem nutrit. xlvi. d. §. j.
Q litigioſo ſideo ordinari phibetur q talis ſeminare diſcordiam nūq̄ ceſſat. xlvi. di. hoc habet. §. ecce.
Q epūs p rebus trāſitorijs nō per ſe ſed per aliū i iudicio litigare debet. xiij. q. j. c. j.
Q lite pendente res litigioſa i nulla parte transferri debet ante cauſe cognitionē. xi q. j. c. vl. xcij. di. ſi quis ordinatus et ca. ſe.

Q; ſacerdotū officium eſt li te habētes ad pacē reuocare xc.di.placuit.

Q; lis iudicialis debet conteſtari. iij. q. iij. indutie.§. libellum.

De lite iudiciali habes vbi agitur de contentioſo

¶ Littere. q̄ cōmendaticie littere vocatur.lxxviij.di.§.i.

Q; non de facili ep̄s dimiſſorias litteras clerico dare debet.lxxij.di.ep̄s.xix.q.ij.

Q; cleric⁹ vnius ep̄i ab alio ep̄o ꝑpter hoſpitalitatis cāʒ nō eſt ſuſcipiend⁹ nec ordinādus nec i bn̄ficio eſt iſtituendus.lxxi.di.per totum.

Q; extraneo clerico ſine con mēdat illis litteris ſui ep̄i nō licet miniſtrare.lxxi.diſti.extraneo.

Q; nullus pegrinis clericus abſqꝫ formata ialia dyoceſi ſuſcipi debet.lxxi.di.nullum.

Q; iuxta ſtatura niceni concilij oli formate habebant iter poſitas grecas litteras ne de facilli falſificarentur. lxxiij. di.per totum.

Q; exēplar littere dimiſſorie vel formate ponit. lxxiij. di. i noie.§.i.⁊.c.ſe.

¶ Locutio.q locutio eſt duplex: videlicet dei ⁊ hoīs. de con.di.v.c.vlt.

Q; locutio dei nō eſt ſm modum locutionū hoīs: ſed iſpiratio qua volūtatem ſuam ingerit i corda credentium. de con.di.v.c.vlt.

Q; locutio hoīs ideo eſt iſtituta vt cogitationes ſuas i alterius noticiam pferat.xxij.q ij.is autem.

Q; locutio hoīs debet eſſe ſana.vt fidem conſolidet.xl.v.di.c.vlt.

Itē debet eſſe cauta: vt ordinate loquēs vulnera erroris corda audiētiū nō feriat.xliij di.ſic rector circa medium.

Itē debet eſſe diſcreta ne tacenda pferat ⁊ proferenda retiſcat.xliij.di.ſi rector.xxij.q. vlt.quotiens

Item debet eſſe pōderoſa vt loquendo nullum ledat.l.di. ponderet.

Item debet eſſe vera vt ſicut gerit mente ſic loquatur ore. xxij.q.v.iuramenti.

¶ Item non debet eſſe ocioſa: quia de omni verbo ocioſo reddenda eſt ratio.xxij. q. vlt.quotiens.

Jtē nō debet eſſe maledicta quia ſepe maledictio reuertitur i illum q̄ eā mittit.xi.q.iij illud in fine.xxiiij.q.iij.qui negligunt

Jtē nō debet eſſe derectoꝛ ia vi.q.i.ſunt plurimi ꝛ duobus cap.ſe

¶ Locus.ꝙ locus nō ſctificat hominem ſed homo locū xl.di.multi.

Qꝫ nō ſctōꝛū filij ſunt q̄ tenēt loca ſctōꝛum: ſed q̄ imitātur opera eoꝛū.xl.di.non eſt

Qꝫ q̄ pꝛeſunt nō ex locoꝛū dignitate ſed honoꝛis nobilitate inoteſcē debēt.xl.di.nos q̄

Qꝫ nō loca hoīes deos pꝛoximos faciūt: ſed bona merita xl.di.non loca.

Qꝫ mirabilis eſt rectoꝛ q̄ gubernaculi locum occupauit ꝛ remuntenem non nouit.xl.d. ante omnia.

Qꝫ q̄d locis et tēpoꝛib⁹ conueniat diligenter eſt attendū xli.di.quiſquis

Qꝫ non ideo appꝛobanda eſt cōſuetudo mala qꝛ locus bonus eſt: qꝛ nō pꝛo locis res ꝑ ſed rebus loca amanda ſunt. xij.di.nouit

Qꝫ quantūcūqꝫ ſunt occulta loca ſin e grā ſaluare nō poſſunt.xl.di.quelibet

Ubi nota exēplū de angeloꝛ de celo ꝛ de adam ꝛ paradiſo de loth et de moꝛte

Qꝫ in hoc ꝙ adā ꝓpter pctm̄ de paradiſo eiectus eſt inuit ꝙ ꝓpter pctm̄ meret̄ q̄s nobili loco pꝛiuari.xl.di.adam.

Qꝫ q̄n̄qꝫ pꝛodeſt cōuerſis mutatio loci: qꝛ plerūqꝫ dum mutatur locus mutare ꝛ mentis affectus.lxxxvi.di.fratrem ꝛ lxxxi.di.valet.

Qꝫ non expedit locū viſitare i quō q̄s peccauit ne facti mēoria reuouetur.lxxxi.di.valet xv.q.i.mulier

Qꝫ loca in noīe dn̄i edificata ſunt honoꝛanda.xl.di. parſimoniam.

Qꝫ locus tut⁹ pꝛo diffuſione cauſe debet aſſignari. xxxiij. q.ij.ſiue.iij.q.vi.hoꝛtamur

Qꝫ his q̄ in pctō moꝛtali decedunt: ſacra loca ꝑ ſepultura non pꝛoſunt.xiij.q.ij.quibus

Qꝫ i pctō moꝛtali moꝛiuntur ad maioꝛē cumulū dānationis i ſacris locis ſepeliuntur xi.q.ꝛ cum grauia in fine

Qꝫ in pn̄ia vel cum leuib⁹ peccatis decedentibus pꝛodeſt

in ſacris locis ſepeliri.xiij.q.
ij.cum grauis
¶ Loculus ꝙ loculus eſt di
munitiuũ a loco ⁊ quãqꝫ poni-
tur ꝑ parua burſa: quã ⁊ xp̃s
habuit ꝑ expenſis reponen-
dis.xij.q.i.exemplum.
Quõ xp̃s loculos ſuos opibus
alioꝝ ipleat vt idigẽtib⁹ diſtri
bueret.xiij.q.iiij.duo iſta
Itẽ ideo loculos habuit: vt i
nueret eccl'az ſuã loculoz ha
bituram.xij.q.i. exemplum.
¶ Ludouicus ꝙ ludouicus
iperator prim⁹ cõfirmauit pa
ſchali pape donationẽ roma
ne ciuitatis cũ ptinẽtijs ⁊ to-
tum patrimoniũ ſancti petri ⁊
electionẽ ſummi pontificis li
berã fieri romanis.lx.di.ego
lodouicus
Itẽ ꝙ null⁹ poſſeſſor de agro
eccleſie debet ſenſum perſol
uere.xxiij.q.viij.ſecundum
¶ Loth. ꝙ q2 loth per hoſpi
talitatis opa deo placuit ãge
los recipe meruit.xliij.di.§.i.
Qꝫ loth ideo filias ſuas pro
angelis ſodomitis obtulit vt
hoſpitalitas non violaretur
et maius pctm̃ vitaret.xxxij.
q.vij.offerebat.
Qꝫ filie ipſius loth patrem i-
ebriauerunt vt ei cõmiſceren
tur.xxxv.di.ſexto die
Qꝫ ideo loth filie ipſius accu
buerunt q2 totum gen⁹ huma
num ſubmerſum ⁊ ſe cauſa ꝑ
pagationis ſeruatas credide
runt.xxxij.q.iiij.dixit.
Qꝫ non ſemper ſolitaria loca
proſunt q2 loth i ciuitatis iu
ſtus fuit i monte ſolitari⁹ pec
cauit.xl.di.quelibet
¶ Lucrum. ꝙ lucrum nõ de
bet eccleſia querere cũ dãno
aliorum.xij.q.ij.fraternitas ⁊
q.v.c.penul.
Qꝫ xp̃s defleuit eccleſiam q̃
facta fuerat dom⁹ orõnis: et
propter turpia lucra facta eſt
domus latronum. xvi.q.vij.
et hac diximus poſt me.
Qꝫ ſymonia eſt ſacramenta ꝑ
lucro temporali conferre.i.q
i.ſi quis ep̃s.
Qꝫ q̃ ſeruit deo amore lucri tẽ
poralis mercennari⁹ eſt.viij.
q.i.ſunt in eccleſia
Qꝫ nemo in electione prelati
ſpeciale lucrum: ſed bonum
cõe debet proſpicere.viij.q.ij
dilectiſſimi
Qꝫ xp̃s p̃latos oues paſcere
docuit nõ terrenis lucris de
lectari.xvi.q.i.nulli.⁊.ca.ſ.

Q3 õlatis debẽt lucris intẽdere aia3 nõ tpalium rerum. xvi. q.i. predicatoꝛ

Q3 exceptis iudeis ſi alioꝛũ infideliũ colloquia ⁊ mẽſa3 vitamus xp̃o eos lucrari nõ poſſum9.23.q.iiij.infidelis.

Q3 cleric9 turpia lucra exercens d3 poni.xiiij.q.iiij. ſi qs oblitus.⁊.ſex ca.ſe.

Q3 an queſtus honeſtus vel inhoneſtus ſit qualitas lucri negociantem aut excuſat aut accuſat.de pe.diſtinct.v. qualitas.

Q3 res reſtituũtur heredib9 qñ quis ex circũuentione lucri ad religionem recipitur. xvi.q.vij.cõſtituit.

Q3 turpe lucrũ ſeqtur qui nimi9 emit vt plus rẽdat.xiiij. q.iiij.q̃cunq3 tempoꝛe

Q3 cũ peccatis hoĩes aliqua lucrantur q̃ pauperibus iuſte erogantur ſicut mathematicus futura pꝛedicendo vel meretrix turpia exercendo. xiiij.q.v.qui habetis

Q3 de malo lucro vbi competit repetitio elemoſyna: vel oblatio fieri non debet.xiiij. q.v.per totum

Q3 medicus vel ſeru9 lucrũ ſuum ab inuito detentoꝛe nõ iniurioſe recipit.xiiij.que.v. non ſane.

¶ De hac materia habes vbi agitur de mercatione

¶ Lucifer. q̃ lucifer dr̃ pñcipium viarũ. de pe. diſti. ij. capi. pncipium

Item dr̃ beemoth. ibidem

Item dr̃ cherub quaſi plenitudo ſapientie.

Q3 lucifer non ad dei ſimilitudine3 ſicut homo ſed ſignaculum ſimilitudinis dei creatus aſſeritur quaſi magis et aliquid tributum ſit vt quo ſubtilioꝛ eſt natura eo in illũ ſimilitudo dei plenius creatur expꝛeſſa. de pe. diſtin. ij.iuxta fi.c. multi.§. hinc eñ reſponſum

Q3 deus facit eũ eminẽtioꝛẽ ceteris angelis

Itẽ fecit eũ ſpecioſum i multis cõdenſis frondibus.

Q3 cedri nõ fuerant altioꝛes illo in paradiſo dei.

Q3 oẽ lignũ pcioſu3 paradiſi dei nõ ẽ aſſimilatũ ei ⁊ pulchꝛitudini eius. ibidem.

Q3 ptegẽs ⁊ extẽt9 in mõte ſancto dei fuiſſe perhibetur

Q3 omnis lapis pꝛecioſus

operimentum eius fuit.
Q: oēs angelos quaſi veſtē ⁊ oꝛnamentū ſuū habuit
Q: in medio lapidū ignitoꝝ perfectus ambulauit
Q: lucifer q: magn⁹ ſine cō=paratione creatus ē: itō pec=cans ſine venia dānatus eſt. de pe.di.3.ca.pncipium
¶ Luctus. ꝙ tēpus luctus legis tpe vſqꝫ ad triceſimuꝫ diē: alij vſqꝫ ad quadrageſi=mū obſuabāt. xiij. q. ij. quia.
Q: femina infra tempus lu=ctus nubens ſm leges ciui=les infamis eſt: ſed non ſm canones. ij. q. 3. euphemium. §. proximo in fi.
Q: fideles moꝛtui non ſunt lugendi. cum ſcimus eos nō amitti ſed pꝛemitti. xiij. q. ij. ꝙ̄ pꝛepoſterum.
Q: lugere moꝛtuos non pꝛo hibemur ex pietate ſed ex re ſurrectionis deſperatione. xiij. q. vlti. vbicunqꝫ. ⁊ duo=bus cap. ſe.
Q: doctrina ſciſmaticis pa=nis luctus dicitur. i. q̄ſt. i. do minus declarauit
¶ Ludus. ꝙ ludus ⁊ ſaluta tio in' ſanctoꝝ ſolēnibus p̄=cipue diuina officia obſtre=pens ē irreligioſus. de con. di. 3. c. irreligioſa
Q: vere penitēs dꝫ ſe cohibe re a ludis ſeculi ⁊ a ſpectacu lis. de pe. di. v. §. i. in fi.
Q: ad oꝛdines non debēt p=moueri qui ludi turpibus de ſeruiunt. 33. di. maritum.
Q: ep̄s vel pbr̄ vel dyacon⁹ ludo deſeruiēs niſi deſinat ē deponēdus. xxxv. di. ep̄s. et xlvi. di. clericum
Q: an ludendo ſub certa foꝛ ma baptiſati debeant pꝛo ve re baptiſatis haberi. i. que. i. ſpūs. §. ecce. de con. diſti. iiij. ſolet queri.
¶ Lutum. ꝙ lutū vicia deſi gnat ⁊ pctā. de pe. di. ij. capi. euidenter. ⁊ ca. q̄ ſeduci.
Q: lutea domus ē coꝛpus no ſtrū humanū ſi contra ange=los pꝛauū q̄d reperit ꝙ̄ toma gis contra habitātes dom⁹ luteas. de pe. d. ij. §. opponit̄ ca. ecce ait. iuxta finem
¶ Lupus. ꝙ lup⁹ dr̄ paſtoꝛ mercēnarius cuius nō eſt cu ra de ouib⁹. xxiij. q. iiij. tres.
Q: lupi dicūtur laici ſubditi q̄ aliq̄n dicunt̄ oues. lxxxiij. di. nihil. 3. q. vij. oues.
Q: lupi dicuntur demones

⁊ heretici.lxxxi. diſti. op3.⁊. xliiij. di.§.i.⁊ ca. ſeqn.

Q lupi arcēdi ſūt latratu ca nū ⁊ baculo paſtoꝝ. xliij. di. §.i.

Q qui ꝓpter' timorem recta loqui pertimeſcit: hic velut mercēnarius veniente lupo fugit xliij.di.ſit rector

Q nullus paſtor placere lupis ⁊ ouib⁹ pōt.lxxxiij.d.nihil

Q illo paſtore nihil ē (hil miſerabiliusq̄ lupoꝝ gloria tur laudibus.lxxxiij.d. nihil

Q ſicut lupus fruſtratim comedit agnum: ſic mali paſtores ſucceſſiue conſumūt bona eccleſiaſtica.xiij.q.i.ca. i. ante medium

Q ideo ad ſedem apoſtolicā eſt recurrendum per appellationem ne lupi q̄ ſub ſpecie ouiū intrāt beſtiali ſeuicia quoſdā lacerare p̄ſumāt. ij.q.vij.decreto in fi.

¶ Lux. q lux diuina anime tenebras fugat q2 nulla participatio lucis ad tenebras. de pe.diſti.i.reſuſcitatus §. ſi autem.

Q lux mūdi ſunt ſacrdotes. xciij.di.ſacerdotes

Q iuſtorū ſemita quaſi lux ſplendens procedit ⁊ creſcit ad perfectū diem. quia eoꝝ deſyderium diuinitus illuminatum quouſq3 ad perfectam ⁊ beatam lucem perueniat de virtute in ꝟtutē creſcit.de pe.diſt.i.ſi quis.§.nō reuertebabātur

Q ſpiritualis virtus ſacramenti vt lux pura ab illuminatis accipitur: ⁊ per immūdos tranſiens nō coinquinatur.i.q.i.ſi fuerit

Q lux veritatis illi ſubtrahitur qui arrogantia ſapientie ſue iuſticie velut albugine oculi excecat.xlix.di. hic etem̄ circa medium.

Q licz omnis qui male agit odit lucē ⁊ querit tenebras: dei oculos cuncta perſpicientes latere non pōt.xviij.q.ij. pniciosam.de pe.di.i. porro illi.§.ſi ante

Q cum factum notorium in culpatur luce clarius conſtare dicitur.vij.queſtione p̄ma ſciſcitaris

¶ Luxuria. q luxuria inter alia peccata maxime templū dei: id eſt corpus humanum polluit.xxxij. queſtione. vij. non ſolum

Q luxuria fomentū recipit
a vino ideo dr̄ nolite inebria
ri vino in quo ē luxuria.xxxv
d.violentum.⁊ duo.c. ſe.
Q pauci inueniunt ſine car=
nis luxuria.l.di.qꝛ tua.añ fi.
Q luxuria ſapientes infa=
tuat.exemplū de Salomone
xxxij.q.iiij.Salomon.⁊.x.q.
vij.ſacerdos.
Itē ſanctos pſternit exēplū
de Dauid.d pe.di.x. ſepties
§.Dauid quoqꝫ.iij.q.vij.ſa=
cerdos §.item Dauid
Item fortes vincit.exemplū
de Samſone.xxiij.queſt.v.ſi
non ante finem
Item iugem ſcabiem habet
cui carnis luxuria ſine ceſſa=
tione dñatur. xlix.diſti. hinc
etem̄ poſt medium
Q delectatō i luxurie diuer
ſe turpitudinis voluptates
iungunt.xxxij.q.vij.nō ſolū.
Q nomine luxurie omni in=
ordinata pollutio intelligit
xxxij.q.iiij.in eo
De diuerſis mōis ⁊ gradib9
luxurie.xxxij.q.vij.quēadmo
dū §.i.xxvij.q.i.nec aliqua.
Q ſolo cōſenſu mentis ſine
tactu corporis luxuria exer=
cetur.xxxij.q.v.nec ſolo

Q cū luxuria in cogitatione
non reprimitur etiā in actio
ne dñatur.xlix.di.hinc etem̄
poſt medium
Q excellentia epī vel pbr̄i
vilificantur dum voluptati=
bus luxurie coinquinatur.
xxxij.di.ca.i.in fi.
Q epſ vel ſacerdos luxurio
ſus dignitate officij ē puniē=
dus.xv.q.viij.hi qui.
Q abuſus luxurie grauior
eſt cum ꝑpria vxore qꝫ cū me
retrice:xxxij.qſt.iiij.origo. ⁊
q.vij.adulterij
Q femina preter coitum de=
bitum ex diuerſis partibus
corporis corrumpi pōt ſicut
per oſcula ⁊ ſimilia.xxvij. q.
Q tranſlatus cauſa neceſſitatis.ceſſante neceſſitate debet ad pꝛimū locum redire. vij.q i.paſtoꝛalis.i.q.i.quod ꝓ neceſſitate.
Q ſolus pape eſt transferre ep̄os.vij.q.i. mutationes.et ca.ſicut alterius in fine.

Q presbyteri ſine īferiores p̄ lati de eccleſia ad eccleſiā nō debent transſferri niſi auctori tate epī.vij.q.j.epiſcopus de loco.

Q ad aliā eccleſiā ſua teme ritate ſe trāſferentes fruſtrā tur habita ⁊ non habita.vii.q j.ſi quis eps̄ et ca.ſe.

Q ī tranſlatione clericoꝝ vel rerum eccleſiaſticarū eps̄ de bet reqrere conſiliū capituli: q2 fit quedam alienatio.xij.q. ij.ſine exceptione.

De tranſlatione habes vbi agitur de mutatione ⁊ de per mutatione.

¶ Treuga.ꝙ treuga eſt ſecu ritas preſtita rebus ⁊ perſo nis diſcordia nundum finita. xxiiij.q.vlt.illi.

Q3 archiepī ⁊ alij prelati ad faciendum treugas debent ī tendere.xxiiij.q.vlt.illi.xc.d. per totum.

Q frāgentes treugas ſūt ex cōmunicādi.xxiiij.q.vlt.illi.

¶ Tributum:ꝙ licite datur tributum etiam ab eccleſia vi delicet intuitu pacis.xxiij.q j.quid.

Item datur intuitu ſubiectio nis.xi.q.j.magnum Nota exē plum de chriſto qui dedit tri butum.

Item ītuitu ſolis quod quis poſſidet.xxiij.q.viij.tributum et ca.ſe.

Item datur intuitu cathedra tici.x.q.ij.per totum

Item datur intuitu īpenſi of ficij vel īpendendi.xviij.q.ij. eleutherius.

Item datur obtentu lōge cō ſuetudinis.j.q.iii.queſitum. ante finem

Q nulla eccleſia conſtruen da eſt ſub tributaria cōditio ne.de con.diſt.j.ſi quis baſi licam.

¶ Tribulatio.ꝙ tribulatio patienter eſt toleranda ne p ī patientiā meritum mutetur ī culpam.vij.q.j.cum percuſſio

Q deus ſepe ſuis mordaciſſi mum genus tribulationis ī mittit ad aīe medicamentū.v. q.v.non omnis. Exemplum ibi de ſtimulo carnis pauli.

Item mittit ad virtutis aug mentum.vij.q.j.aduerſitas Exēplū ibi de naufragio pe tri.xl.q.iij.in cunctis.

Item mittit ad puniēdum cri men commiſſum.vi.queſtio.j. ſunt plurimi.vij.queſt.j.cum

percuſſio.
Item mittit ad conſequẽdū eternū p̄miū. vij. q. i. ſuggeſtū
Q̃ facit mūdi honorē ↄtēnē. xxiij. q. iiij. diſplicet ante me.
Item facit ad bonū feſtinare xxiij. q. iiij. ca. vlti. in fine.
Itē tribulatio facit pctā deſerer. xxiii. q. iiii. q̄ peccat i ſi.
Q̃ qn̄ nō grex nec fides: ſed paſtor q̄rit tribulatio ē decli nāda. vii. q. i. ſciſcitaris.
¶ De hac ma̅ia habes: vbi agit de aduerſitate.
¶ Triſticia. q̄ nullus pro ſua nec ſuorum morte triſtari debet xiij. q. ii. cꝫ prepoſterum.
Q̃ illi qui de morte contriſtātur videtur de ſpe reſurrectionis dubitare. xiii. q. ii. vbi cū qꝫ. §. ſe. ⁊ ca. ſe.
¶ Tutor. q̄ tutor ꝓp̄e dr̄ pupilli vel orphani vel a parentibus emācipati. lxxxvii. di. deſolatis.
Q̃ triplex ē tutela. videlicet teſtame̅aria que ex teſtamento cōſtituit: ⁊ legitima que ꝓpter ꝓpinquitatē aſſumitur. ⁊ datiua que cuicunqꝫ cōfertur. vi. q. i. generaliter.
Q̃ tutela pupillorum in duob⁹ conſiſtit videlicꝫ vt vita a criminibus ⁊ res ab iniuria im-
piorum ſeruetur. xii. q. i. ca. li
Q̃ ipſe deus iuſſit pupillis ⁊ egenis tutionem impendi: lxxxvi. di. deſolatis.
Q̃ ep̄s tāqꝫ iudex tuitianem teſtamētariā nō debet ſuſcipere: ⁊ ſuſceptā ꝑpt̄ neceſſitatē nō p ſe ſꝫ p archiep̄m dꝫ egere. lxxxviii. di. ep̄s. ⁊ duobus ca. ſe.
Q̃ lꝫ clerici ⁊ etiaꝫ monachi nō teneāt ad tutelā teſtamentariā vel legitimā vel datiuā ad cautelaꝫ tn̄ miſerabiliū perſonarum oēs tenēt. lxxxvi. di. ꝑuenit. lxxxvii. ca. licet. xvi. q. i. generaliter.
Q̃ clerici p ep̄m pn̄t cogi ad egenorum tutele ſuſceptionem lxxxviii. di. decreuit.
Vacatio. q̄ eccleſia cathedralꝫ vltra tres mēſes nō dꝫ vacare paſtore. l. di. poſtqꝫ. lxiii. di. obeūti
Q̃ pp gregꝫ picul ū poſt (h⁹ tres mēſes electiōis: alii tres mēſes dāt ꝑ petēda ↄſecratione. l. di. poſtqꝫ.
Q̃ percipiende atqꝫ intuende veritati vacandū ē. viii. q. i. qui epiſcopatum.
Q̃ cl̄ici q̄ diuis officiis dn̄t eē obligati n̄ dn̄t terrēis actib⁹ vacare. xxi. q. 3. mollicies.

Q vacatio cōtemplationis cordis appetenda eſt: ſed ali quando pro multorū ſalute poſtponenda eſt. viij. qu. i. in ſcripturis.

Q dyabolus per incuriā va cantes facilius opprimit ⁊ in ima viciorū proſternit. de pe. diſt. xl. §. i. ꝟ. quecūqꝫ.

¶ Vagari. ꝙ epiſcopus va gabundus niſi reſipiſcat pri mo excōmunicatur: poſtea in monaſterium retruditur. vij. q. i. ꝑuenit. ⁊ ca. ſe.

Q clerici ab eccleſia nō ſunt tenēdi q̇ vagādo ſub nullius epī diligētia ꝯſiſtūt. xciij. di.

Q monachi vagari ꝓ (nulla ꝓibenſ. xvi. q. i. iuxta ⁊ ca. ſe.

Q religioſi vagantes vt ad monaſteria ſua redeant ſunt compellendi. xvi. q. i. quidā xviij. q. ij. abbates.

Q vaganti religioſo ſine ſui ſuperioris licentia non licet ordines recipere: nec diuina officia celebrare. xvi. q. i. mo nachi. ⁊ ca. ſe.

Q ſi quid religioſus vagan do acquiſierit totū mon ſte rij vbi ꝓfeſſ⁹ fuerit erit. xviij. q. ij. abbates.

Q vagabundi religioſi poſt conteptū admonitionis auxi lio epī ſunt carceribus tradē di. xviij. q. ij. abbates.

¶ Vanitas. ꝙ nomen dei nō eſt in vanū aſſumendū. xxij. q. ij. animaduertendum.

Q vanitas gentilium poeta rum vel philoſophorū ipſorū auctoritatibus redarguitur. xxxvij. di. ſi quid.

Q in predicatione poſtpone re auctoritatem prophetarū ⁊ adducere auctoritatem phi loſophorum vanitas eſt ⁊ cu rioſitas ſacrilega. xxxvi. diſt. ſi quis grammaticam. ⁊ capi tulo. ſe.

Q ois ſcientia que ad tropo logiam id eſt mores non con uertitur in vanitatem ⁊ in ſen ſus obſcuritatem deducit. xxxvij. di. none. ⁊ ca. ſe.

¶ Vas. ꝙ in eccleſia ad ba ptiſandum ⁊ ad corporalia ⁊ pallas lauādū ſpecialia vaſa dn̄t haberi. d cōſe. di. iij. ois pr̄ſbyter. ⁊ di. nemo ꝑ ignorā tiā. ⁊ ca. ſe.

Q vaſa ſecreta nō debēt mo niales nec inferioris gradus clerici tractare. xxxiij. diſt. ſa cratas. ⁊ ca. non oportet.

Q vaſa ſacrata et eccleſia

ſtica inueterata debēt cōburi: ⁊ cineres vbi cōculcari nō pōt reponi. de cō. di. i. alteris

Q, vaſa eccleſie ꝓ liberatione captiuoꝝ ⁊ egeſtate miſeroꝝ ſūt exponēda: q2 meli⁹ ē vaſa viuentiū ſeruare ꝙ metalloꝝ. xij. q. ij. aurū.

Q, paulus dı̄ vas electionis xxij. q. i. ſi paulus.

Q, vaſis ire nūꝙ deus reddere iteritū ſi non inueniretur hō ſpōtaneū hr̄e pctm̄. xxiij. q. iiij. nabuchodonoſoꝛ.

¶ Vates. ꝙ vates a vımētis appellatur: qui mō ſacerdotē: mō ꝓphetā: modo poetam ſignificat. xxi. di. cleros.

Q, illud qđ vates gentiliū de xpo p̄dixerūt valet ad conuicēdā paganoꝝ vanitatem ſed nō dat auctoꝛitatē. xxxvij. di. ſi quid.

¶ Velum. ꝙ velum pꝛofeſſionis quod datur feminis anno duodecimo xx. q. ij. puella

Item eſt velū conſecratiōis qđ daꝛ anno viceſimo quinto xx. q. i. placuit.

Item eſt velum p̄lationis qđ datur anno ſexageſimo. xx. q. i. iuuenculas.

Item eſt velum oꝛdinationiſ qđ datur āno quadrageſimo xxvij. q. i. dyaconiſſam.

Item eſt velū ꝑtinētie obſeruationis: ⁊ hoc eſt viduarum xxvij. q. viduas que.

Q, ad epiſcopos ſpectat ꝟgines velare. xx. q. i. deuotis.

Q, excepta egritudie eps̄ ꝟgini velū nō debet iponere: niſi in feſto epyphanie. ⁊ per totas octauas paſche: ⁊ i feſtis apoſtoloꝝ. ibidem.

Q, nec abbatiſſe nec alii moniali aliquam velare licet. xx. q. ij. ſtatuimus.

Q, viduā nullus pontifex velare debet. xx. q. i. deuotis.

Q, vidua ab altari velamen continentie poteſt ſuſcipere. xxvij. que. i. viduas que ſpontanea.

Q, velare voto pꝛofeſſionis ſiue virgines ſiue vidue matrimoniū nō pn̄t cōtrahere: ⁊ cōtractum dirimiꝛ. xxvij. q. i. ſi quis ſacro. ⁊ cap. hec vero.

¶ Venatio. ꝙ aliqua venatio pꝛohibetur ⁊ aliqua ꝑmittitur: ⁊ aliqua conceditur.

Q, venatio arenaria qua quis pugnat cum beſtia ducta in arena pꝛohibetur non ſolum facientibus: ſed etiam

ſapiẽtibus.lxxxvi.qui venatoribus.⁊ ca.ſequen.
Itẽ hanc venationẽ exercẽs non ſolũ infamis efficit: ſed etiã ab actiõe iudicio repellitur.iij.q.vij.ca.i §.tria poſt prin.
Q venatio ſaltuoſa q̃ fit i ſaltibus vel ſiluis ſi fit tempore debito non prohibet. ſi fit ꝓpter vtilitatẽ nõ delectationẽ laicis nõ clericis ꝑmittit. lxxxvi. diſt. q̃d ꝓdeſt.xxxiij. quorũdam.
Q maxie germanie atq; gallie plati venationi ſaltuoſe ĩplicant.ibidem.
Q venatio q̃ fit ſine ſtrepitu ſicut ponere i rete vel laqum nõ laicis ſed etiã clericis cõceditur.q2 ſimilis ẽ piſcationi.lxxxvi.eſau.de cõ.diſti.v.
Q venator inq̃tũ (nunq̃. venator nũq̃ legit ſctũs.xxxiij.di quõdã.lxxxvi.di.eſau.
Q q̃ videt venatione ad delectationem: videbit xp̃m ad cõtriſtandũ.lxxxvi.di.videt.
Q parũ prodeſt ieiunare i cibis ⁊ delectari in venationibus.lxxxvi.di.q̃d prodeſt.
Q fouere venatorẽ ꝑpter artẽ ſuã eſt peccatum.lxxxvi.di. qui venatoribus.
¶ Venditio. q emẽdi vilius ⁊ vẽdẽdi cari⁹ ſtudiũ maxime clericis ꝓhibet.xiiij.qu.iiij. canonum.
Q clericis ꝑmittit vt ꝓ mutuatis ab ipſis denarijs res alias ſtatuto tpe ꝓut vendũs recipiant.xiiij.q.iiij.ſi qs clericus.
Q turpe lucrũ ſeqtur (ric⁹. q̃ ex cupiditate tpe meſſis vilius emit vt cari⁹ vẽdat.xiiij. q.iiij.quicũq; tẽpore.
Q q̃ falſum iurando ꝓ pecũia veritatẽ vẽdit xp̃m q̃ veritas eſt ſicut iudas vẽdit.xij.q iij.abijt.
Q ſicut iudex nõ debet vẽdere verũ iudiciũ: ſic nec teſtis verũ teſtimoniũ.xiiij.q.v.nõ ſane.xi.q.iij.non licet.
Q ſicut iuriſperit⁹ poteſt vẽdere iuſtũ cõſiliũ: ſic aduocatus iuſtũ patrociniũ.ibidem.
Q nullũ dyabol⁹ tãq; ſuum poſſidet niſi q̃ ſe ſibi peccatorũ ere vẽdiderit.xv.q.i.nõ ẽ.
¶ De vẽditione ſpiritualiũ habes vbi agitur d̃ ſymonia.
Q xp̃s eiecit de tẽplo vẽdentes ⁊ emẽtes.xvi.q.vij.⁊ hoc diximus.
¶ Venia. q apd deũ nullas

patitur moras venie cõuerſio de pe.di.j.ſerpens.in fine.
Q deus nõ dat veniã i errore durãtib⁹: ſed ſe corrigentib⁹. xxiiij.q.ij.legatur.
Q dũ icõfeſſione pcti erubeſcētiã vicit timor dei fit venia criminis.ď pe.d.ij.§.quē pēitet
Q fit dignus venia ex deſiderio ſacerdotis quē habere nõ valēs ſocio ꝯfitetur turpitudinē criminis.de pe.di.vi.§.j
Q facilitas venie icentiuum tribuit deliquendi.xxiij.q.iiij eſt iniuſta in fi.⁊ ca. ſi ea.⁊ ca. ſe.xxxvi.q.ix.loci.lxxxvi.d. interiorũ.⁊ ca.penã faciētis.
Q; nõ op; prelatũ ſi excedit i correctione a ſubdito veniã querere.lxxxvi.di.quando
❡ Veniale ꝙ venialia pctã dicunt quotidiana: q: quotidie ſubrepunt. de pe.di.j.medicina.§.tres ſunt actiones.
Q; fit veniale i cõfeſſione qď fuit criminale i opatione. de pe.di.j.quem penitet.
Q; ſunt venialia peccata habes.xxv.diſt.vnum orariũ.§. alias autem.
❡ Verbera.ꝙ fides verberibus non eſt exigenda.xlv.di. ca.j.
Q; eccleſia quoſdam dãnis quoſdã verberibus caſtigat. xij.q.ij.fraternitas.
Q ad correctionē ſubditorũ virgaꝝ verbera meritorie iſtiguntur.xxiij.q.v.c.j.in fi.
Q ſiue monachi ſiue alij clerici de ſuis exceſſibus poſſunt verberib⁹ coerceri.xx.q.vlt. monachum
Q; epũs nullũ ſuis manib⁹ d; verberare.lxxxvi.di.nõ licet
Q miſeri ſũt plati q verberibus tm̃ volũt timeri.xlv.d.c.j
De hac materia hēs vbi agit de tormẽtis ⁊ de correctione
❡ Verbera. ꝙ oĩa rerũ creatio.⁊ hoĩm recreatio fuit i verbo.j.q.j.intra catholicam.
Q; i verbis ſacremēta xpi cõficiunt.ibidē.⁊.c. detrahere
Q accidit verbũ ad elemētũ et fit ſacramētũ.j.q.j.detrahe
Q; non minus eſt reus q negligenter verbũ dei audit: q̃ qui corpus xpi i terrã cadere permittit.j.q. interrogo.
Q; q exit dum verbũ dei proponitur excõmunicet. de cõ. di.j.ſacerdote.
Q; verba ideo ſũt iſtituta vt hoies cogitationes i noticiã alioꝝ pferãt.xxij.q.ij.is aũt.

Q verba non ſunt ſemp accipiēda ſicut ſonāt.xxiij.q.j. paratus ante medium.
Q deus verba ſīm pferētiū intētionē accipit.xxij.q.v.hūac
¶ Verecūdia.q eſt verecundia virginalis q̄ ē naturalit̄ i virginib⁹.xxx.q.v.nec illud.
Exemplum ibi de rebeca.
Itē eſt verecūdia vidualis q̄ verecūdiam ꝑmittāt anq̄ iterato nubant.xxxij.q.ij.nō ois.§.ſe.in fine.
Itē eſt verecūdia ſemi cōfitētis dum q̄s erubeſcit aliqua pctā cōfiteri.de pe.di.iij.§.ſiue aūt ꝟ.inter hec.j.
Itē eſt verecūdia plene cōfitētis ⁊ hec eſt magna pars ſatiſfactionis: q2 de mortali facit veniale.de pe.di.j.§.quem penitet.⁊ ca.q̄uis.
Q ꝑpter verecūdiam bonū non eſt dimittendū.de pe.di.j in actione in fine
¶ Veritas.q veritas eſt cuʒ illū aſſeritur qd̄ eſt.xx.q.ij.cū humilitatis.
Q tūc erit aliq̄s a veritate dei cū a fide ⁊ charitate exit.xxiiij q.iij.cum aliquis.
Q veritas ſacramentorum i ſola eccleſia habetur catholica.xxiiij.q.j.quis.
Q i q̄bus nil itereſt ad habēdum regnū dei vtrū vera putentur vel falſa nō refert.xxij q.ij.in quibus.
Q veritas etiā ꝑfertur cōſuetudini: q2 xp̄s nō dixit ego ſū cōſuetudo ſed veritas.viij.d.veritate.⁊ quattuor ca.ſe.
Q ille nō ſolū ꝓditor eſt veritatis q̄ mēdaciū dicit ſed etiā qui veritatē libere nō ꝓnunciat.xi.q.iij.nolite timere
Q veritatē ꝓ pecunia negantes deum negāt.xi.q.iij.abijt
Q q̄ veritatē nō defendit quā defēdere ꝯuenit ꝓditor eſt veritatis.xi.q.iij.nolite timere.
Q veritas nō eſt i hoīe cū q̄s dicit ſe pctōrem eſſe cū nō eſt xxij.q.ij.cū humilitatꝫ.⁊ duobus ca.ſe.
Q nō eſt ſic vitanda arrogantia vt veritas reliquatur.xxij q.ij.non ita.
Q nō poteſt veritas occultari.xxij.q.ij.ſi quis.
Q vbi de fide vel ſalute agitur q̄ veritatē occultat iram dei ſuper ſe prouocat.xi.q.iij quiſquis.⁊ ca.nolite timere.
Q melius eſt ꝓ veritate pati ſupplicium q̄ ꝓ adulatione

conſequi bñficium.xi.q.iij.ne
mo peritorum.
Qꝫ veritas cũ nõ defendit op
primit.lxxxiij.nemo pitorũ.
Qꝫ tria ſolent ipedire verita=
tem vꝫ carnalis amor:timor
atqꝫ auaricia.iiij.q.v.accuſa=
tores vel teſtes.35.q.vi.epſ.
Qꝫ a ſacerdotibus ⁊ a predi=
catorib⁹ veritas libere eſt pre
dicanda.xi.q.iij.⁊ noli timere
circa medium
Qꝫ ꝓpter idignos qñqꝫ dimit
tenda eſt veritas doctrine.xi.
q.iij.cum ergo.
Qꝫ veritas bone vite ꝓpẽ nul
lum eſt dimittenda.xxxij.q.v
ita ne.⁊ ca.ſe.
¶ Veſtis.qꝫ veſtes ſunt mul
tiplices.vꝫ epoꝝ:q̃ tã iveteri
lege qꝫ i noua varie ſunt ⁊ ex
multis ꝟtutib⁹ dꝫ reſplẽdere
vita pontificis.xl.di.§.i.xliij.
di.ſi rector poſt medium
Jtẽ ſunt veſtes miniſtroꝝ ec=
cleſiaſticorũ ⁊ hec ſunt varie
deſignantes varias virtutes
quas habere.xl.di.§.hi.
Qꝫ culti veſtiũ miniſtrorũ ec=
cleſie p̃mo ornat⁹ actionis dꝫ
conuenire.c.di.rationis
Jtẽ ſũt veſtes clericorũ q̃ nec
ſordide nec fulgide dñt eẽ.xli
di.§.i. et ca. per ſymoniam.ee
ca.clericus.et.§.ſe.xxi.q.iiij.
per totum.
Qꝫ clerici ſiue intra ſiue extra
non laicalibus: ſed clerica=
libus debent vti ⁊ nõ ſeruan=
tes grauiter debent puniri.
xxi.q.iiij.nullus eorum. ⁊ tri
bus ca.ſe.
Jtẽ ſunt veſtes religioſoꝝ q̃
debent eſſe humiles ⁊ deſpe=
cte non diuerſi ⁊ nobilis colo
ris.xx.q.i.c.vlt.xxi.q.iiij.c.i.
Qꝫ religioſi veſtem ꝓfeſſio=
nis ſue nũqꝫ debẽt deponere
xx.q.i.vidua.
Jtem nec exiſtent i ſcolis ve=
ſtem debet mutare religionis
xxi.q.iiij.nullus eorum.
Jtem ſunt veſtes laicorum q̃
cãm ſm cõſuetudinem terre
deferũtur a ſuperſtitioſis nõ
ſunt iudicandi.xxx.di.ſi quis
virorum.
Jtem ſunt veſtes penitentiũ
ſicut cilicium ⁊ ſimilia.l.d.pe
nitentes.
Jtem ſunt veſtes ſacre eccle=
ſiarum que debẽt honeſte ſer
uari ⁊ alteri v ſui non ſũt appli
cande.de con.di.i.veſtimenta
Qꝫ veſtibus ſacris nõ dñt alij
hoies vti qꝫ ſacrati.ibidem.

Q nullꝰ ꝑtextu pietatis ĩuol uat mortuũ veſtibꝰ ſacris. de con.di.j.nemo per ignorãtiã.
Q vetera veſtimenta eccleſie debent cõburi ⁊ cineres ĩ pariete vel alias vbi conculcari non poſſunt debent poni. de con.di.j.altaris.
¶ Uia. q via excellẽtior eſt charitas: qꝛ ſine ea ambulare non poſſunt hoĩes ſed errare de pe.di.ij.c.ſi qs ſemel.§.hec eſt charitas.
Q viã abſq; ductore nõ ĩgrediaris quã nunq; ĩgreſſus es xvi.q.j.ſi clericatus.
Q deus docet mãſuetos vias ſuas.xvi.q.j.vos autem.
¶ Uiaticũ.q viaticum dr eucharistia.l.di.is vero.
Q viaticũ nl'li penitẽtiũ morte eſt denegandũ.li.di.penitẽtes.xxvij.q.j.virginibus
De hac materia habes vbi agitur de eucharistia.
¶ Uicarius.q vicariꝰ cuiuſcunq; prelati in loco capituli tanq; eiꝰ vices gerenti debet honorari.xciij.di.c.vlt.
Q ſubdyacono vices prelati poſſent cõmitti.xcuij.di.c.j.
Q non debet eſſe laicus vicarius qꝛ idecorũ eſt laicos viros eccleſiaſticos iudicare.
xvi.q.vij.in noua.
Q oẽs epĩ ſunt vicarij apoſtolorũ.lxviij.di.quorum vices.
Q qui contenit vicarium cõtennit et illum q poſuit eum.
xxi.di.in nouo.
Uicedñs q ĩ quolibet epãtu debet eſſe vicedñs, qꝛ hoſpitibus ⁊ caſibꝰ ſupuenientibꝰ loco epĩ poſſit ſatiſfacere.
lxxxix.di.volumus.
Q epĩ intereſt vicedñm conſtituere.ibidem.
Q officiũ vicedñi debet eſſe de epãtu diſponere.lxxxix.d. dyaconum.
¶ Uiciũ. q multiplex eſt viciũ vcz morũ ꝟborꝫ: ⁊ corpuꝫ.
Q vicia moruꝫ qꝛ obſunt aĩe ſunt euitãda.xxxviij.d.q̃uis errare.§.ſed licet ⁊.c.ſedulo.
Q vicia morum dependent a voluntate.lvi.di.naſci in ſi.
Q vicia ſepe ſe virtutes eſſe mentiuntur.xli.di.ſepe.
Q vicia verborum ſunt tolleranda: ſicut ĩ ſanctis hoĩbus corruptio grammaticalis: qꝛ non ſunt voces ad aures dei ſed animi affectꝰ. xxxviij.di. ſedulo. ⁊ ca.ſe.
Q vicia corporum ſunt diſc-

tienda:nec dʒ in ſacerdote et maxie in plato.lxix.di.hinc.
Qꝫ qdā viciati corpe nō de= bent pmoueri ad ſacros. lv. di.per totum.
Item viatici corpe qui remo uētur ab ordine intelligūtur ꝓprie abſciſſi nō caſu ſʒ pro= pria volūtate.lv. diſtin.ſi qs ſemetipſum.
Itē viatici corpe ꝓpria ab= ſciſſione homicide ſui iudicā tur ꝛ ſue cōtraditiōis inimici ibidem.
Qꝫ ſeipſos in corpe vician= tes nō pmouētur.lv.di.ſi qs per egritudinē.ꝛ ca.ſe.
Qꝫ carēs ꝗcūqꝫ caſu oculo: qꝛ ē mēbrū notabile nō dʒ p moueri.lv.diſti.ſi euāgelica.
Qꝫ eunuchus p īſidias fact⁹ vel ita nat⁹ pōt pmoueri vi= cio corporis non obſtāte,lv. di.eunuchus
Qꝫ cū pp egritudinē vel vio lētiā vel caſu ꝗs corpe viciat̃ dūmō ñ ſit magna difformita= te nō puat̃ ordine habito vel hñdo.lv.di.ꝗ partē.ꝛ.capi.ſi ꝗs per egritudinē.ꝛ ca. ſe.
¶ De hac maťia habes vbi agitur de mutilatione.

¶ Victus.ꝙ vtiliter vīcitur cui ſnīa peccādi tollit̃.xx.ij.q i.paratus in fine.
Qꝫ victo debet̃ miſicordia: dūmō nō timeat̃ turbatio fu tura.xxiij.q.i.noli.
¶ De hac materia hēs: vbi agitur de bello de paciencia. ꝛ de hoſte.
¶ Vidua.ꝙ vidua eſt ꝗ poſt ſolēne fedus nuptiarū mor= te īteruenīēte a viro ſuo diui ſa fuerit.xxxiiij.di.pluri.§.ſe.
Qꝫ dñt vidue aſſidue eccle= ſiā dei bonis operibus ꝛ ofo nibus adiuuare.lxxxi.di.cap vltimo.
Itē dñt ſtipēdijs eccleſie ſu= ſtētari.lxxxi.di.vidue.
Qꝫ clericis ꝛ religioſis non dñt eē multū familiar̃s.lxxxi di.clericus.ꝛ ca.ſequen.
Qꝫ epi ꝛ aliaꝝ eccleſiaꝝ pla ti pcipue viduarū ſuſtētatio ni ꝛ ptectioni dñt intendere. lxxxvij.diſti.per totum.
Itē dñt viduis imperatores ꝛ reges idē facere.xxiij.q.v.
¶ De viduis habes (regū. vbi agitur d: bigamia : ꝛ in multis alijs locis.
¶ Vigilia.ꝙ veſpera ſctōꝝ

vigilia dr.q2 olim pro reuerē tia ſolēnitas in orōnib⁹ pernoctabāt.lxxvi.diſti.noſſe.

Q2 in ſuitio ē diuino vigilie imoderate q̄ ſenſ⁹ integritatez dimittūt nō laudant.de cō.diſti.v.nō mediocriter.

Q2 vigilia natalis dn̄i cū ieiunio q̄ttuor tēpoꝝ aū celebrari dn̄t.lxxvi.di.ō ieiunio i fi.

Q2 vigilia pēthecoſtes ſicut vigilia paſche i ieiunio ē obſeruanda.lxxvi.di.noſſe.

¶ Vinculū.q ē vinculū cure paſtoralis qd nō ſoluit niſi p ſupiorē.vij.q.i.ſicut alterius

Itē eſt vinculū ſñie excōicationis qd nō ſoluit niſi p mortē alterius.ibidem.

Itē eſt vinculū ſnīe excōicationis qd ſoluit ab alligante xi.q.iij.nemo ɔtēnat vicula. ⁊ plurib⁹ ca.ſe.⁊ ca.cepiſti.

¶ Vidicta.q triplex ē vidicta.vcz ſpūalis: vt ē excōicatio/degdatio/ſuſpēſio/depoſitio/in monaſteriū ⁊ i carcerē detruſio/⁊ a publicis actiōbus repulſio.hec locuz hꝫ in eccleſia.xxiij.q.iiij.forte.

¶ De hac vidicta habes vbi agitur de pena.

Item eſt vindicta pecuniarie actiōis hec etiā hꝫ in eccl ſia locū vbi bānū pceſſit.xvi.q.i.ſtatuimus. vbi ſꝫ eſtimatione iniurie pecunia recipitur. xvij.q.iiij.quiſquis.⁊ ca.ſi qs contumax.

Itē ē corporalis vidicta punitiōis.hec cōuenit iudicib⁹ eccſie ⁊ ſeculi:ſꝫ nō equaliter xxiij.q.v.c.i.v.q.v.illi qui.

Q2 vidicta corporalis detrūcationis ⁊ occiſiōis eſt tm̄ ſecularīū.xxiij.q.v.reos. et ca.ſe.⁊ que.viij.preterea et duobus.cap.ſe.

Q2 vindicta non eſt inferēda xxiij.q.iiij §.primo.

Q2 oīs milicia vel pp ppulſandā iniuriā vel pter vidictam inferendā inſtituta eſt. xxiij.q.i.§.i.

Q2 vindicta aut fertur animo corrigendi aut aīo vlciſcendi ſi aīo corrigendi licite infertur malis niſi ſociā habeant multitudinē.q2 tūc nō poteſt ſalubris eē vidicta xxiij.q̄ſt. iiij.nō poteſt.l. diſtin. vt cōſtitueretur.in fine.

Item ſi timeatur obſtinatio. vij.q.i.aduerſitas §.cū autē.

Itē ſi timeat ſciſmaticū periculum.xxiij. qu.iiij. quiſquis

vel quod poteſt.
Itē ſi timeatur maius malū ex vindicta.l.d.vt ꝯſtitueret.
Item ſi reatus occult⁹ nō eſt manifeſtatus p iudiciū.xxiij.que.iiij.forte.
Itē ſi crimē ſoli iudici ſit notum.q2 tunc ex vindicta fit ꝓditor.ij.q.i.ſi peccauerit.
Q vindicta aīo vlciſcendi oībus ꝓhibet.xxiij.qu.iiij.ita plane.xlvi.di.ſedetionarios xliij.q.i.qñ debetur
Q vindicta ꝑuata deo eſt ſeruanda q̄ dt mī vindictā ⁊ ego retribuam. xxiij.q.i.§.i.poſt medium.
Q vindicta ppria ꝓhibetur q̄ eſt ad vltionē.xxiij.q.i.niſi. ⁊ ca.paratus.⁊.q.iiij.hec aūt §. ex his.
Q illa q̄ ē ad correctionē iudicibus exequenda' ꝑcipitur xxiij.q.iiij.eſt iniuſta.⁊ ca.ſequēti vſq ad.c.ea vindicta.
Itē exequēda eſt ab eis vindicta nō zelo ꝓprie iniurie.ſ3 zelo iuſticie.xxiij.que.iiij.ita plane.⁊.q.v.prodeſt.
Itē nō exequētes vindictam correctionis grauit offēdūt. q.iiij.ſi is.q.⁊ ca.ſi eccleſia.et cap.eſt iniuſta.

Itē nō vidicādo dāt aliis incentiuū delinquēdi.xxiij.q.iiij eſt iniuſta.in fine.
Itē ꝓuocāt nō ſolū cōtra ſe ſed cōtra ppl'3 flagellū.lv.di. ſ3 illud.xxiij.q.iiij.ſi quos c.ſi
Q qñq in paucos vindicta exercetur vt multitudo timeat.xxiij.q.iiij. q d faciet.ī fine.⁊ ca.ſe.
Q epī ⁊ ꝑlati nō de facili dñt ad vidictā accēdi.lxxvi. di.ſi quid.
Q nō debet nos delectari vidicta q̄ animum paſcit alieno malo.xxiij.q.v.de occidēdis
Q in eo q xp̄s cōpeſcuit diſcipulos ad vidicta ſamaritanoꝝ innuit quō ſemp ꝓcedēdū eſt ad vindictā pctōꝝ.xxiij q.iiij.cap.quod xp̄s.
¶ De hac matia hēs vbi agitur de pena ⁊ de punitione.
¶ Vinū.q vinū eſt luxurie ī cētuū.xxxv.di.ca.luxurioſa. ⁊ per totā diſtin.
¶ De vino habes vbi agit de ebrietate.
¶ Violētia.q violētia ē legib⁹ inimica.xi.q. ꝑma chriſtianis.in fine.
Q clerici a laicis per violentiam opprimi nō dñt ibidem.

Qꝫ eccleſie res nõ violẽtia ſꝫ rõne debẽt exqri.xvi.q.vii.c.i.ꝛ.ij.ꝛ.q.v.ca.cõſuetudo.

Qꝫ violẽtia ꝯfeſſio vl' ꝓmiſſio ñ obligat.xv.q.vi.c.i.ꝛ.ij.

Qꝫ violẽtias p̃cipue pſonales i eodẽ inſtãti lꝫ repellere ꝛ clerico nõ inuadẽdo ſꝫ defendẽdo.xxiij.q.i.quid.

Qꝫ violẽtia abſoluta excuſat a toto.xxxiiij.q.ij.nõ ſatꝫ.xxxiij.q.v.§.i.ꝛ ca.ſequenti.

Qꝫ violẽtia ꝯditionalis excuſat a tanto ſed non a toto.q.i.in primis ante mediũ.ꝟ.glorioſus.

¶ De hac materia hẽs vbi agiẜ de coactiõe ꝛ ꝺ repulſiõe.

¶ Uir. ꝙ vir aliqñ poniẜ ꝓ ſexu.xxxij.q.vij.vxor.

Item vir aliqñ poniẜ ꝓ ꝟtute.xxx.ſi quis virorum.

Itẽ aliqñ põiẜ ꝓ etate.lxxvij di.epũs. Unde verſus.
Uir notat etatem : vir ſexum vir probitatem.

Qꝫ qꝛ caput mulieris ẽ ꝟ melius dꝫ viuere vir ꝛ p̃cedere i oĩbus factis bonis vxorem.xxxij.q.vi.cã.vltimo.

¶ Uirga.ꝙ xp̃s ſine pecunia ꝛ ſine ꝟga miſit apoſto.vt ꝯcẽtua litꝫ ꝛ vt inſtrumẽta eripe ret vltionis.xi.q.iij.ira i fi.

Qꝫ lõ dñs ꝟgã nõ ferẽdã apoſtolis i via p̃cepit:vt nulli violẽtia iferaẜ.xx.que.iij.p̃ſẽs.poſt medium.

Qꝫ diſciplina patris vel magiſtri nõ dꝫ eẽ in aliijs tormẽtis ꝙ̃ in ꝟgarũ verberibus.xxxiij.q.v.c.i.ante finẽꝫ.ꝛ.q.liij.diſplicet.circa mediũ

Qꝫ aſſur fuit ꝟga furoris domini quia p eũ innumeras gẽtes diuia iuſticia flagellauit.xxiij.queſt.v.remittuntur §.primo.circa prin.

¶ Uirginitas. ꝙ eſt virginitas corporis ꝛ non mẽtis qñ caſti corpore fornicantur vel adulterantur mente.xxxij.q.v.ſicut enim ꝛ capitu.ſi paulus.

Itẽ ẽ ꝟginitas mẽtis ꝛ non corporis qñ ſine ꝯſẽſu qs tolerat qꝺ alius opaẜ.xxxij.q.v.magiꝭ ꝛ caſſe.ꝛ.ca.tolerabilius

Item eſt virginitas corporꝭ ꝛ mentis quaꝫ complectimur voluntas. et hec dicitur glorioſa virginitas.xxxij.q.v.ſicut enim.

Qꝫ ꝟginitas nõ ẽ in p̃ceptorꝭ ſꝫ in cõcilio ſuaderi põt nõ iperari.xxxij.q.i.integritas.

Q; virginitas cū humilitate eſt admirabilis ⁊ deo accepta bilis.xxx.di.hec ſcripſimus.
Q; virginitas antefertur nu ptijs.xxxij.q.i.nuptie.
Q; virginitas nō debet voue ri matrimoniū deteſtādo.xxx di.ſi qs propter deū.⁊ ca.ſe.
Q; ſicut nuptie terrā.ſic virgi nitas implet paradiſum.xxx. q.i.nuptie.
Q; pdeſt parentibus ad ſalu tem ſi eorū ples i virginitate perſeueret.xxxiij.q.v.tūc ſal uabitur.
Q; virginitas ſine bonis ope ribus non ſaluat ibidem.
Q; coniugia patriarcharum et alioꝝ cōparanť moderni tē poris virginitati.de pe.di.ij. §.ſcio inquit poſt medium.
Q; cū virginitas ſine cōſenſu corrūpitur merita caſtitatis duplicantur.xxxij.q.v.§.i.
Q; ergo ſic corrupta iter alias virgines non conſecratur.xv q.i.c.vlt.
Q; cū deus oīa poſſit virginē corruptā non pōt facere icor ruptam.xxxij.q.v.ſi paulus
De hac materia hēs vbi agiť de caſtitate ⁊ de continentia.
¶ Veritas. q deus eſt virt⁹ et ſapiā q̄ i vtero virginis edi ficauit ſibi domū.lvi.d.naſci.
Q; tres ſunt virtutes theolo gice:fides:ſpes: ⁊ charitas. de con.di.ij.quia paſſus.
Q; de virtute i virtutem ſunt gradus quia vna queq; virt⁹ quaſi quibuſdā gradibus au getur.de pe.di.ij.dum ſanctā vſq; ad.§.ſe.
Q; virtutes ſūt aīe ornamētū de pe.di.ij.§.romanos.in fi.
Q; hoc ornamēto virtutū ma xime clerici ⁊ prelati debent vti.xl.di.§.i.
Q; ſūt quaſi picture ad aīe or namētū qr illa aīa a deo depi gitur q̄ habet i ſe virtutū gřa; renitētē de pe.di.ij.romanos poſt me.ꝟ.illa aīa.
Q; non ex parentibus:ſed ex volūtate naſcētis cā eſt vicio rū atq; virtutū.lvi.di.naſci.
Q; ille eſt virtute dei mirabi lis q̄ ex parentib⁹ proſſus a virtute alienis nat⁹ virtute re ſplendet.lvi.di.nunq̄ in fine
Q; qui propria virtute deco ratur parentum ſuorū non de decoratur opprobrijs.lvi.di. nunq̄.
Q; nō vicia ſed virtutū parētū debent filijs amplecti.ibidē.

Q virtute non generis nobi litate gr̄a comparatur.xl.di. illud.
Q nec ad virtutē nec ad vicia neceſſitate qs trahitur: ſed li bero arbitrio.de pe.d.ij.§.op ponitur.poſt medium.
Item non eſt virtus quod fit ex neceſſitate.ibidem.
Q virtꝰ ſimul cū vicijs hr̄i nō pōt.de pe.di.ij.§.ex premiſſis
Q virtꝰ ꝑ vicia ⁊ pctā priua= tur.de pe.di.v.dolendum.
Q virtꝰ adipiſcitur cū vicio renūciatur egreſſus enī mali cie virtutis opatur ingreſſuȝ. xxxij.q.j.cum renunciatur.
Q virtus ī aduerſitate ꝓba= tur.vij.q.j.aduerſitas.⁊ ca.ſe.
Q virtutes negātur eſſe vere apud īfideles: q2 non prome rentur gratiā.xxxviij.q.j.oēs §.ex his circa finem
Q vbi deeſt agnitio eterne ⁊ incōmutabilis veritatꝫ falſa virtus eſt etiā in optimis mo ribus.ibidem.§.proximo.
¶ Uiſio.q̄ viſio eſt duplex: vȝ ſpūalis qua ꝑ fidem deus aſpicitur.xxiij.q.j.quia.
Q viſio ſpūalis obſcuratur ꝑ mala: ⁊ maxime per carnaleȝ opationem.xlix.d.hinc circa medium.℣.lippus.
Item ꝑ arrogantiā ⁊ ſcie pre ſumptionem: q2 talis a chari tate vere viſionis ſe excludit xlix.di.hinc.℣.albuginem.
Q exacuitur tanq̄ʒ collirio ꝑ bonam operationem.ibidem ℣.collirio.
Item exacuitur ꝑ ſui deſpe= ctionem ⁊ humilitatem.ibidē ℣.et albuginem
Itē exacuit̄ ꝑ tpaliū poſt po= ſitionē.viij.q.j.i ſcripturꝫ ⁊.7. q.j.aduerſitas.poſt medium
Itē exacuit̄ ꝑ ſupioꝝ iugē cō teplationē.lxxxviij.d.creuit Exemplū ibi de ſcala iacob.
Q eſt viſio corpalis qua vidē tur tpalia.xlvij.di.ſicut hi.
Q viſione corpali ꝓhibemur videre laſciua. xxij.q.v.nec ſolo.
Itē ꝓhibemur videre ioco s et ludos idebitos.lxxxvi.di. ca.vident homines.
Q ꝙ pctōres i futuro videbūt xp̄m corporaliter.⁊ contriſta buntur.lxxxvi.di.vident.
Q ꝙ boni videbūt gloriā ma= gni dei ⁊ beatificabuntur.de con.di.vi.ieiunium.
¶ Uiſitatio.q̄ ep̄s ꝑ ſe vel ꝑ alios honeſtos ſi ſit ipeditus

debet dyoceſim ſuam viſitare x.q.j.decreuimus.z ca.ſe.
Q epiſcopus viſitādo inq̄rere debet de vita clericoꝝ z ornatu eccleſiarū z de reparationib9 ſi fracte ſunt.x.q.j.epm.
Itē d3 viſitādo ſtatū laicoꝝ videre ſi i fide ſint ſtabiles: ſi diuerſa crimina ſicut homicidiū adulteriū piuriū z cōſilia fugiēt z reſurrectionē credāt xi.q.j.placuit.z.q.iij.cauendū
Item viſitādo nō debet expēſas cū grauitate ſed cū moderatione exq̄rere.x.q.iij.cauendum.z ca.relatum.
Q epiſcopus viſitādo q̄nquagenarium nūerū equoꝝ nō d3 excedere nec pluſq̄ vna die i prochia ſtare.x.q.iij. inter cetera
Q oī anno tenetur ſemel epūs dyoceſim ſuā viſitare.x.q.j.relata.z.c.decreuimus.
Q viſitādo tpale p ſuo obſequio poteſt recipere ſtipēdiū xij.q.j.charitatem
Q epūs ſi nō viſitat loco viſitationis pcurationes nō exigat.x.q.j.relata
Q epi viſitādi z hortandi et exhortādi grā vel quotiēs neceſſitas exigit pñt mōaſteria religioſoꝝ nō exēpta viſitare xviij.q.v.viſitādi z.c.nō ſemꝫ
Q i viſitatione lucrū aiarum non tpalium reꝝ debet q̄rere x.q.iij.cauendum.
Item viſitādo non debet i viſitandos crudeliter deſeuire x.q.iij.cauendum.
Item i viſitatione i dubijs corā ſenioꝛib9 canonicis veritatē d3 perq̄rere.lxxxvi.d.ſi qd
Q p ſuperioꝛem puidetur de viſitatione eccleſie viduate. lxi.di.obituni.z trib9 ca.ſe.
Q eccleſie vacanti de anno i annum viſitatio variatur. vij. q.j.conſtitutū.
Q vni viſitatoꝛi plures eccleſie viſitande cōmitti poſſunt. xij.q.j.quoniam
Q epi ytalici imediate ad curiam ronanam ſpectantes de anno i annū limina apoſtolorum et romanā curiā viſitare tenētur p ſe vel p lrās z ſe de impotētia dñt excuſare.xciij. di.iuxta ſanctoꝛum.
Q vltra montanis: q2 de longiquo ſunt cōceditur vt de viſitatione lrīs ſe excuſent.xc.q ij.di.iuxta.
De viſitatione habes vbi agitur de inquiſitione.
¶ Vita.ꝯ vita pñs q̄ inter ce

lum⁊ īfernū: ſita eſt vtroſq;
ciues recipit.xxiij.q.3.hec au
tem.xxxij.q.iiij.recurrat
Qꝫ i hac vita non eſt retribu=
tio malicie vel ꝟtutis ⁊ ſi aliq̄
fit nō fit ſcḋm ꝯdignū ſʒ eſt q̄dā
guſtus.de pe.di.iij.§.quā q̄ʒ.
Item i hac vita boni vt freq̄n
tius affliguntur ⁊ mali ꝓſpe
rantur ibidem.
Qꝫ ſcti q̄n cōmoda vel auxi=
lia tp̄alia q̄runt nō trāſitorie
vite: ſʒ eccleſie cui⁹ vtilitati ī
tendāt ꝯſulūt.xxiij.q.iij.maxi
mian⁹. Exēplū: ibi de paulo.
Qꝫ vita cōis debet eſſe cleri
cis ⁊ maxime religioſis q̄ vi=
tam apoſtolorū imitari volūt
xij.q.i.dilectiſſimis.
Q vita apoſtolor̄ erat vna q2
erat multitudinis credētium
cor vnū ⁊ aīa vna ī deo ibidē.
Qꝫ vita aīe eſt deus aīa vero
vita eſt corpor̄ q2 ſicut corp⁹
ſine aīa viuere non pōt ita nec
aīa ſine deo.de pe.di.i.§.item
ſi.ꝟ.reſuſcitatus
Qꝫ corpus xp̄i vita eſt mūdi
de con.di.ij.xp̄s.⁊.c.in xp̄o.
Qꝫ vita actiua ⁊ cōtēplatiua
cōmendantur.viij.q.i.olim.⁊
ca.in ſcripturis.
Qꝫ ſuffragia quibuſdā pro=
ſunt hanc vitā: ⁊ q̄buſdā non
xiij.q.ij.epiſcopus.
¶ Unctio.q̄ vnctio interior
vcʒ inuiſibilis que eſt per ſpm̄
ſctm̄ nūq̄ areſcit.de pe.di.ij.
§.q̄rendū: circa p̄n: ꝟ.vnctio
Qꝫ eſt vnctio exterior multi=
plex: vcʒ baptiſmalis.xi.d.ec
Itē eſt vnctio (cleſiaſticarū
baptiſandor̄ q̄ fit i pectore ⁊
in capulis.xi.di.ecclīaſticar̄.
de cō.d.iiij.deide a ſacerdote
Item eſt vnctio baptiſandor̄
que fit ꝑ ſacerdotem cū criſ=
mate ī ſummitate capitis. de
cō.d.iiij.poſtq̄ aſcēdit⁊.c.ſe.
Iten eſt vnctio ꝯfirmationis
que fit ī fronte miniſterio tm̄
pōtificis.xcv.d.preſbyteros
Itē eſt vnctio extreme vnctio
n⁹s quā pōt ep̄s ⁊ ſacerdos q̄
libet cōferre ꝑ oleum īfirmo=
rum.ibi.⁊.c.illud ſuperfluū.
Itē eſt vnctio regalis q̄ fit in
brachio.ij.q.vij.plerūq;.§.itē
Itē eſt vnctio ſacer (ī libro.
dotalis cui⁹ man⁹ tm̄ oleo cū
criſmate iungitur.xxiij.d. pre
terea.xvi.q̄ſt.i.generaliter.§.
ecce ſufficienter.
Itē eſt vnctio pōtificalis ſup
malus ⁊ caput.xxiij. di. ep̄s.
Qꝫ ep̄s ⁊ ſacerdos ſēꝑ i cor=

de vз cogitare ⁊ aduerteꝛ q̄d ſua virtute repleuerit.vij.qu.i.licet in fine.
Unitas:ꝙ nihil ꝯtrariū īfert diuerſitas: vbi eſt fidei vnitas.vij.q.i.nihil.
Q vnitas repn̄tat in nobis dei ſimilitudinē: vt ſicut a deo vno oēs per creationē: ſic ab hoie vno p ꝓpagationē.) xxiij.q.vlti.hec ymago.
Itē repn̄tat nature noſtre ymagine ⁊ originē. qꝛ omnes ab vno.ibidem.ca.vlti.
Itē repn̄tat naſcētis eccleſie īſtitutionē: qꝛ lз xp̄s oib⁹ apoſtolis dedit auctoritatē tn̄ vni petro cōmiſit eccleſiā ad manifeſtādū eccleſie vnitatē xxiiij.q.i.loqꝛ.circa p̄ncipiū.
Q ꝯſiſtit vnitas eccleſie ī ſacramētoꝝ xp̄i cōione. de con. di.iiij.ē vnitas ⁊.d.ij.qꝛ paſſ⁹
Item cōſiſtit vnitas eccleſie in multoꝝ filioꝝ ſuoꝝ p dilectionē ꝯnexione.xxiiij.q.i.illo quitur.pro quo dicitꝛ ibi.vna colūba vnū corpus.⁊c.
Itē ꝯſiſtit i mēbroꝝ ad caput ꝯiūctione qꝛ nō ſe vnitati capitꝭ cōicat q̄ ſeptem faciēs a capite ſepat.xxiiij.q.i.ſciſma
Q extra vnitatē eccleſie non poſſum⁹ habere gratiā dei q̄ xp̄iane donū eſt catholice vnitatis.i.q.i.multe.
Item nec pctōꝝ remiſſionē i.q.i.remiſſionem.
Item nec vitam ſpiritualem xi.q.iij.nihil.xxiij.q.i.loqtur
Q extra vnitatē eccleſie non valet ſpiritualis iuriſditio. vij.q.i.factus.ca.nouacian⁹. in fine.
Item non prodeſt ſacramentorum perceptio.vij.q.i.ſcire xxiiij.q.i.pudenda.
Item nihil eſt miraculorum opatio.i.q.i.teneamus.
Itē inutilis ē p fide martyrij ſuſceptio.xc.d.neqꝫ ad caym
Itē n̄ ē pctōꝝ remiſſio.xxiij que.i.quicunqꝫ.
Q cōuiuiū eſt xp̄i vnitas fideliū in vinculo pacis.xxiij.q.iiij.ipſa pietas.
Q nō poſſunt duo vel tres ī noīe xp̄i ī vnū colligi q̄ a xp̄o ſunt ſepatati.xxiiij.q.i.alienus in fine.
Q non multitudinem depcātiū ſed vnitatē audit de⁹.xxiiij.q.i.alienus.
Q ꝓphan⁹ ⁊ hoſtꝭ ē q̄ eccleſie nō tenet vnitatē. vij.qu.i. nouacian⁹.xxiiij.q.i.alienus

Q christiani ſcidētes vnitatem eccleſie īfideles reputāt. vij. q. i. deniq3. xxiiij. q. i. q̄m in fi. vbi antixp̄i dr̄ q̄ſq̄s talis
Itē tp̄alit̄ & eternaliter puniuntur. xxi. ij. q. i. nō afferam⁹.

¶ Voluntas. q̄ volūtas eſt ai̅ mot⁹ ad aliq̄d imitādū: vel nō imitādū vel adipiſcēdum xv. que. i. §. i.
Q volūtas hoīs eſt cā vicij: vel ꝟtutis. lvi. di. naſci. i fine viij. q. ſciendū. xv. q. i. §. ex voluntate in p̄ın. q.
Q vſq3 adeo pctm̄ volūtariū malū eſt q̄ nullo mō ſit pctm̄ niſi ſit volūtariū. xv. q. i. §. iij. & ca. merito. & ca. illa.
Q nemo tenetur ad culpā niſi propria voluntate deflexerit. xv. q. i. non eſt.
Q deus nō ea q̄ offerūt̄: ſed volūtatē reſpicit offerētium xxiiij. q. i. odi in fine.
Q ſicut volūtariū ſuitiū eligit ſibi xp̄s ſic & dyabol⁹. xv. q. i. non eſt.
Q volūtatem alteri ſubijcere propter deū precipuum ſacrificium ē viij q. i. ſciēdū.
Q bonū opus non valet niſi ex bona volūtate ꝓficiſcatur lxxxvi. diſtinctione. nō ſatis, xv. q. i. per totum.
Q lex hūana op⁹ nō volūtatē reqrit. xv. q. i. ſi q̄s non
Q volūtas ꝓ o pere reputatur cū deeſt facultas ō pe. di. i. §. ſi mulier.
Q iuſticia ex ope nō conſummat̄ niſi affuerit & voluntas. xxxij. q. v. ſicut enim.
Q mala volūtas ꝓ facto reputat̄. xxij. q. v. q̄ piurare. xxvij. q. i. nuptiarū. xxxij. q. v. ſi paul⁹. vbi dr̄: q̄ viderit mulierē ad cōcupiſcendū eā iā mechatus eſt eā in corde ſuo.
Q que inferuntur reluctantibus crimen nō habent. xv. queſtione. i. non eſt.
Q qn̄ ea q̄ ꝓpter bonū & licitū fiūt: ſi p̄ter volūtatē in eis malū ꝯtigerit nō iputat̄. xxiij q. v. de occidendis.
Q lȝ volūtas ſit liberi arbitrij tn̄ mala volūtas nō ē libertati dimittenda. xxiij. q. iiij. diſplicet.
Q maloꝝ voluntas meritorie ipedit̄. ibidē an̄ mediū.
Q mala voluntas meritorie ad bonū cogitur. ibidem per totum. & q. v. ad fidem.
Q nemo damnat̄ niſi merito male voluntatis: nec liberat̄

nisi bonã habuerit volũtatẽ
.xxij.q.iiij.diſplicet aĩ me.
Q hõ dꝫ ſeipm ꝓpria volũ=
tate iudicare dũ pt:ne cũ iam
nõ poſſit ṗter volũtatẽ a dño
iudicerẽ de pe.di.i.in actione
¶ Totum.q duplex ẽ votũ
vcꝫ de malo:et illud ẽ reſci n
dẽdum.xxij.qſt.iiij.in malis.
.33.q.v.vna ſola.
Itẽ eſt votũ de bono ⁊ illud
ẽ gñale:ſine quo nõ ẽ ſal9 ſi=
cut illud qđ vouem9 i baptiſ
mo.ſ.renũciare dyabolo.xvij
q.i.ſũt qdã.de cõ.di.iiij.pma
Item eſt votũ ſpale.ſine quo
hr ſalus dei ad qđ nullus te=
netur niſi volẽdo ſe obligare
ſicut eſt votũ de caſtitate.de
abſtinẽtia de pegrinatiõe.et
hmõi.xvij.q.i.ſunt qdam.
Q votũ ſpale p vba de pñti
emiſſũ pciſe obligat niſi mi=
nor etas ipediet.xx.q.ij.puel
la.xxij.q.v.pueri.33.q.v.mu=
Itẽ niſi ipediat publi= (lier
ca vtilitas ſicut ꝯtingit i trãſ
lationibus religioſoꝝ per ſu
periores ad eccleſias regen=
das.vij.q.i.qualiter
Itẽ niſi impediat mrimoniũ
qꝛ vn9 ſine altero caſtitatẽ vo
uere ñ pt.xxvij.q.ij.agatoſa.

Itẽ niſi ipediat maioris voti
ſuſceptio.xix.q.ij.due
Itẽ niſi impediat ciuilis ꝯdi
tio.liiij.di.gñalis
Item niſi impediat ſupioris
ꝯtra inhibitio.33.q.v.mani=
feſtum.vbi dr mulier ſine cõ=
ſenſu viri vouere non pt:nec
monachus ſine ꝯſenſu abba
tis.xx.q.iiij.monacho
Itẽ niſi ipediat feruẽs ĩfirmi
tatꝫ paſſio.xvij.q.ij.gõſal.
Q votũ licitũ deo ꝓmiſſum
ſꝫ eſt iplẽdũ.33.q.v.qđ deo.
Q votũ dꝫ fieri cũ delibera
tione.xxij.q.i.de viduis.
Q votũ cũ deliberatõe factũ
ſiue voce exprimat ſiue ñ apđ
deũ obligat.xvij.q.i.q bona
Q incautũ votũ nõ eſt ſeruan=
dum.xxij.q.iiij.per totum.
Q q in facie eccleſie i manu
epi caſtitatẽ vouerũt:⁊ veſtẽ
de cẽtẽ caſtitatꝫ aſſumpſerũt
ſi ſpõtanea voluntate poſtea
dimiſerũt dãnatiõem perpe=
tuam incurrũt.xxvij.q.i.ca.i.
Q vr ſi in occulto fiat ꝓfeſ=
ſio religiõis vel caſtitatis in
manu epi quaſi votũ nõ põt
violari.xxij.q.i.viduatis
Q vouẽtib9 nõ ſolũ nubere
etiã velle nubere dãnabile ẽ

xvij.que.i.vouẽtibus
Q simplex votũ impedit matrimoniũ ꝯhẽdum: ſꝫ nõ ſoluit iã contractũ.xxvij.di.q̃dã ⁊ ca.ſi vir.xvij.q.ij.nos
Q femine ꝓpria volũtate caſtitatẽ vouentes ſi nupſerint ſunt in mrĩmonio ꝑmittende xxvij.q.i. de viduis.
Q pꝰ ſolẽne votũ ſoluit mrĩmoniũ ꝯctũ.xxvij.d.vouẽtibꝰ. ⁊ tribus c.ſe.xxvij.q.i.vidu.
Q votũ religionis ſolẽniſat qñ perſona ad votũ apta per ꝓfeſſionem ſe obligat.xxvij.q.i.vidue quidem
Q cleric⁹ ſine ꝯſẽſu epi pt religionẽ vouere.xix.q.ij.due.
Q ſimulatio ſiue fictio voti ex i hõeſta cã ſicut ſpes ꝑlature vel ꝯſimile ſꝑ obligat ad religionẽ ſiue caſtitatẽ.xxvij.di. qd interrogaſti.xxvij.q.i.viduas a ꝓpoſito
Q vtroqꝫ ꝯiugum ꝯſentiẽte votũ caſtitatis miſſum ẽ ſuẽ dũ.xxij.q.v.quod deo
Q ꝯiuges caſtitatẽ vouere nõ dñt neceſe ſeparare ſine cõſcia epi.xxvij.q.ij.ſi vir
Q btã ꝟgo vouerat ſe ꝟginẽ perſeueraturam niſi deus ei aliter reuelaret. xxvij.q.ij.§.
ſed queritur.
Q meli⁹ eſt nubere q̃ ꝑiculoſe vri.xxxij.q.v.paulus
Q cã aliquẽ ꝯuertẽdi nõ licꝫ votum caſtitatis infringere. xxxij.q.viij.non ſolum.
Q votũ caſtitatis impediẽs grauiter peccat ⁊ ẽ excõicatus.xxxij.q.ij.hoc ſanctum
Q meli⁹ eſt nõ vouere q̃ votu nõ ꝑficere.xij.q.i.ſimus
Q votũ velle retractare dãnabile eſt.xxvij.di.vouẽtib⁹ xvij.q.i.vouẽtibus.⁊ cap.ſe. vbi dr̃qꝫ ananias poſt votum pecunias defraudauit
Vſura.q̃ vſura ẽ vbi ãpli⁹ requirit q̃ dat.xiiij.q.3.vſura.
Q nõ ſolum in pecunia ſed in acceptione cuiuſlibet rei vltra ſortem ꝯmittitur vſura xiiij.q.3.putant
Q accipere aliquod emolumentum de mercibus mercatoꝝ rõne mutui vſura ẽ. xiiij. q.3.plerıqꝫ
Q q̃ emit vilius vt vẽdat cari⁹ maxie cleric⁹ vſurarius ẽ xiiij.q.iiij.canonum.
Q mutuũ ſiue in grano ſiue i vino vł i ſili cũ recipit ſm cõe foꝝ ẽt ſi pl⁹ accipit vſura nõ ꝯmittit.xiiij.q.iiij.ſi qs cleri⁹

Q̄ videt q ab hoste quē licet impugnare liceat vſurā accipere. ſicut et liceat aīalia ſua tollere. xiiij. q. iiij. ab illo.

Q̄ clericus nec ſuo nec alieno noie vſuras debet accipere. xlvi. di. ſicut non.

Q̄ publice conuict⁹ de vſura victri⁹ ad ordines nō eſt pmouēd⁹. 33. d. maritū. xlvi. d. ſeditionarios. xlvij. di. per totum

Q̄ cleric⁹ de vſura publice cōuict⁹ eſt de ordine ꝛ dignitate deponendus. xlvij. di. ep̄s. ꝛ quattuor ca. ſe.

Q̄ monaſteriū recipiens vſuras tenetur ad vſuras pſoluēdas. liiij. d. generalis. i fi. xiiij q. iiij. quid dicam.

Q̄ nulli licet accipere vſuras xiiij. q. per totum

Q̄ videt q ad vſurā accipere ſit pctm̄. lxxx. di error. xxiiij. q iiij. non inferenda.

Q̄ tpe neceſſitatis ad vſuraꝫ poteſt accipi. ar. xxiiij. q. i. q̄d culpatur.

Q̄ de vſura nō poteſt fieri elemoſina. xiiij. q. v. immolans.

Q̄ felix eſt vſura vbi p paruo denario paupi dato cētuplū accipimus a dño. xlvi. diſt. ſicut non

Q̄ vſurarius nō vere penitet niſi vſuras reſtituat. xiiij. q. iiij quid dicam. ꝛ. q. vi. ſi res

¶ Uſucapio. q vſucapio eſt acq̄ſitio dñij per cōtinuationem tpis. xvi. q. iij. placuit. §. pōt. i fi. ꝛ. c. quas actiones.

Q̄ plura exigūtur i vſurpatione vꝫ bona fides circa initiū: iuſt⁹ titul⁹ q̄ varia noia ſortitur ſicut titul⁹ emptionis: titul⁹ donationis: titul⁹ dotꝫ titul⁹ plegato. ꝛ conſimilia. ibidē. Item exigitur ꝯtinuo poſſeſſio: et q ſi res mobilis: de q̄bus oibus habes. xvi. q. iij. placuit. §. poteſt per totum

¶ Uſus. q illud quod i cōi vſus eſt conſuetudo vocatur i. di. conſuetu.

Q̄ vſum prauum lex et ratio vincere debet. xi. di. c. i.

Q̄ vſus auctoritati cedere debet. xi. di. vſus.

Q̄ male poſſidet q̄ male vtitur. xiiij. q. iiij. q̄d dicam. i fi.

Q̄ vtendum eſt tpalibus fm vſum eorum cum q̄bus conuerſamur. xli. di. delitie. ꝛ ca. quod dicit.

¶ De vſu habes vbi agitur de conſuetudine

¶ Uſurpatio. q vſurpatio ē

oꝛdo illegitimus.i.q.quod ꝑ neceſſitate

Q ꝫ vſurpatio eſt nõ conceſſa preſumere.xciij.di.illud.

Q ꝫ vſurpatiue dñr oꝛdines re cepiſſe vel dignitates q̃ non iuxta ſanctoꝛũ ſtatuta ſuſcipi unt.lxiij.di.quia ſancta

Q ꝫ vſurpatio furtiua preiu dicium non generat.xciij.di. illud.

¶ Utilitas.ꝙ plurimoꝛũ vti litas pꝛeponenda eſt vtilitati paucoꝛum.vij.q.i.ſcias.

Q ꝫ mutationes pꝛelatoꝛũ nõ debent fieri niſi cauſa vtilita tis vel neceſſitatis.vij.q.i.mu tationes vbi ponitur exẽplũ quomodo Petrus dimiſſa eccleſia anthiocena iuit ad romanam pꝛopter maioꝛem vtilitatem.

Q ꝫ nec nobis nec aliis vtiles eſſe debemus cum dãno alte rius.vij.q.i.mutationes.i fi. et quattuoꝛ ca.ſe.xiiij. queſt. v.deniq ꝫ.

¶ Uxoꝛ.ꝙ vxoꝛ ſubdita eſſe debet viro.xxx.q.v.femine.33 q.v.eſt oꝛdo.⁊ ca.ſe.

Q ꝫ vxoꝛ nõ eſt dimittẽda nec pꝛopter ſterilitatẽ:nec ꝑpter deformitatẽ:nec ꝑpter cecita tem:nec pꝛopter lepꝛam: nec pꝛopter aliqd ſimile:niſi exce pta cauſa foꝛnicatiõis.xxxiij q.v.ſi vxoꝛem

Q ꝫ marit9 debet habere vxo rem ſuã i dilectione ⁊ debita diſciplina.xxxiij.q.v.c.vlt.

Q ꝫ qualiter q̃ſq ꝫ vxoꝛẽ ſuam vult iuenire/talis debet iue niri ab illa.xxxij.q.vi.ſi ducti eſtis.

Q ꝫ vbi meli9 viuit vxoꝛ q̃ꝫ vir qui caput eſt capite deoꝛſum pendet dom9.xxxij.q.v.c. vl.

Q ꝫ vxoꝛẽ ſolus marit9 debet iudicare id eſt coꝛrigere. vij. q.i.ſicut alterius

Q ꝫ ſunt tã q ꝫ vxoꝛes nõ hñtes vbi ſalua eſt charitas ꝯnubio rum ⁊ ceſſant opa nuptiarum xxxi.di.lex continentie

Q ꝫ vxoꝛis ⁊ viri i mrĩmonia li bus ea de conditio cenſetur xxxij.q.v.pꝛecepit.

Q ꝫ eadẽ caſtimonia debet a viro q̃ ab vxoꝛe.32.q.iiij.ne.

Q ꝫ vxoꝛi reddere debitu ꝫ qñ exigitur a viro vel e conuerſo eſt meritoꝛiũ.xxxiij.q.v.c.i.

Q ꝫ vxoꝛẽ cognoſcere debito et moderato affectu ſiue cã reddẽdi debitũ ſiue cã pꝛ nõ pctm̃.33.q.v.c.i.xiij.di. c.ij.

Q cognoſcere moderate eaʒ vitãde fornicationis hoc ſm veniã cõcedit apl's ⁊ creditur eſſe veniale.xxxij.q.ij.q̃cquid
Q cognoſcere imoderato affectu cauſa faciã de libidinis eſt mortale pctm̃.xxxij.q.iiij.origo.⁊ ca.liberorum.
Q cognoſcere cõtra naturã hoc grauius eſt cũ mr̃e ppria xxij.q.vij.adulterij
Q vxor non debet cognoſci tpe mẽſtrui ante purificationem puerpere: vel ante ablactionem primã pueri q̃ eſt qñ mater nimis abundat lacte.v di.ad eius vero
Q iniqu⁹ eſt q̃ caſtã ⁊ bonã dimittit vxorẽ.xxxij.q.i.c.i.
Q fatu⁹ eſt q̃ i adulterio pſeuerantẽ retinet vxorẽ. ibidẽ.
Q meritũ eſt adulterã penitẽtem recipere vxorẽ.xxxij.q.i.q auñt.⁊.c.non erit.⁊ apud.
¶ Vxoricida.q etiã adulterio dephẽſam nõ licet occidere vxorẽ.xxxiij.q.ij. iterfectores.§.ſe.⁊ ca.inter hec
Q vxoricida p ſniam debet cõpelli publicã agere pniam xxxiij.q.ij.quicunq̃.⁊ ca.ſe.
Q vxoricidis cõiugiũ denegatur niſi ppter periculũ icõtinẽtie cũ adoleſcẽtib⁹ diſpẽſetur.xxxiij.q.ij.iterfectores et ca.in adoleſcentia
Q inocentẽ vxorẽ occidens grauiſſima pena exẽplo aſtulti ẽ puniẽd⁹.33.q.2.admonere

X Pũs.q ieſus xp̃s dei fili⁹ natus eſt de virgine maria.de cõ.di.iij.c.vlt.
Q xp̃s veniens i fine tẽporũ retraxit o q̃ eſt grecoꝝ vltima littera ad a q̃ eſt latinorũ prima: q2 primum ſtatũ hois q̃ſtum ad eſcas renouãdo extremitatem traxit ad pricipium. xxxv.di.ab exordio.
Q xp̃s q̃ verus pontifex fuit ideo de adulterinis cõmixtionibus naſci voluit vt ſic natis daretur fiducia promotionis lvi.di.dñs.
Q xp̃s dr̃ paſtor.paſtorum.q vij.teſtes §.xp̃s
Q xp̃s bon⁹ hoſpes dr̃.xxiiij q.i.que dignior
Q xp̃s venditur cum veritas venditur.xi.q.iij.abijt
Q xp̃s eſt panis de quo q̃ mẽducat viuet ieternum.de con.di.ij.xp̃s et tribus ca.ſe.
Q xp̃s vna paſſione ſaluauit mundũ.de con.di.ij.iteratur

Conomus. ꝙ ycono mus ⁊ vicedominus
y pro eodem accipitur lxxxix. di. volum⁹. et duobus ca. ſe.

Q ꝙ q̄libet eccleſia cathedralis debet yconomū habere q̄ cū arbitrio epi debet res eccleſie gubernare. lxxxix. diſt. dyaconū. ⁊ ca. ſe. ix. q. iij. cū ſumus. xij. q. ij. vobis

Q ecclesiarū yconom⁹ clericis debet eſſe. lxxxix. d. iudicatū. xvi. q. vij. qm̄. ⁊. c. i noua

Q ꝙ plures yconomos vna eccleſia pōt hr̄e. xij. q. ij. caritatē

Q ꝙ yconom⁹ epat⁹ p epm debet iſtitui. lxxxix. di. volum⁹ et ca. iudicatum

Q ꝙ yconom⁹ epat⁹ p̄cipue debet itēdere qualiter epo mortuo vel amoto res eccle i ſcripturꝫ p fururo epo dꝫ ꝯſeruare. lxxvij. d. qm̄ i ſi. xij. q. ij. caritatē. ⁊ ca. illud. ⁊. c. non licet.

Ymago. ꝙ ymago dei dicitur hō: qꝛ ſicut deus pꝛīcipiū eſt oīm per creationem ſic hō pꝛimus alioꝛum eſt p̄ncipiuꝫ per ꝓpagationem. xxxiij. q. vlt. hec ymago.

Q ꝙ dꝛ factus ad ymaginē et ſimilitudinem dei qꝛ aīa eius pudicitia alijs virtutib⁹ fuit picta. d pe. d. ij. §. romanos p̄. illa anima.

Q ꝙ ymago virtutū dedit ⁊ dat aīe pulchritudinē et p̄ecioſitatem. ibidem.

Q ꝙ tunc hō ab ymagine cecidit qn̄ virtutes amiſit. ibidem

Q ꝙ ymagines ſanctoꝛū non ſunt cōtēnende ſed venerāde de con. di. iii. venerabiles.

Q ꝙ ymagines ⁊ picture ſanctoꝛū ſunt libꝛi ⁊ ſcripture laicoꝛum. de con. di. iii. perlatū

Q ꝙ nō ymaginum pictura eſt adoꝛāda vel venerāda ſꝫ res p ipam repn̄tate. de cō. di. iii. perlatū. ⁊ ca. venerabiles

Q ꝙ xp̄s ſub ymagine crucifixi cū ymaginatur vel depigit gr̄a nobis p̄teriti beneficii repꝛeſentatur. de cō. d. iii. ſexta

Ymn⁹. ꝙ ſaluatoꝛ ⁊ apl̄i nobis dederūt exēplum ymnos decātādi de con. di. i. ymnis.

Q maria ſoꝛoꝛ aaron poſt trāſitum maris rubꝛi ymnū deo cantauit. ii. q. vii. plerūqꝫ. §. item obiicitur.

Q ꝙ hi duo ymni alleluya et gloꝛia i excelſis deo: ab angelis decātati ſunt. de con. di. i. hi duo.

¶ Ypocriſis. q ypocriſis ꝑ=uenit ex ipitia dū qs ſimulat ſe hr̃e qḋ ſi h3.xi.q.3.ſi qs ꝓo
Q religioſ9 q̇ cadit a ꝓpoſi=to ⁊ ſilar ꝓpoſitū ē ypocrita ⁊ peioꝛ apoſtata.xij.q.i. certe
Q ad ypocriſim tendit q̇ plu ribus ↄfitendo peccata diui dit ↄfeſſionem.de pe.di. v §. dolēdum. ante finem.
Q ypocrita l3 viuat coꝛpali ter moꝛtu9 eſt tñ ſpūaliter.xij q.ꝓma.nolo añ finem
Q nemo āplius eccleſie no=cet ꝙ qui peruerſe agēs no=men vel oꝛdinem ſanctitatis gerit.lxxxiij.di. nemo
Q ypocrite i eccleſia bonis coꝛpoꝛaliter ſunt mixti: ſed per peſſimā vitam ſeparētur xxiiij.q.3. de ill's
Q ypocrita dr̃ q̇ feſtucā in o=culo frīs videt ⁊ trabē in ſuo nō ↄſiderat.xxxij.q.vi §. i.
Q vbi ypocriſ regnat humi litas locum nō habet. de pe. di.i. taciturnitas
¶ De hac mat̃ia habes vbi agitur de ſimulatione
¶ Yſaac. q yſaac fuit fili9 li=bere ⁊ heres.xxxij.q.ij.nō oīs
Q yſaac fuit vn9 ex trib9 qui bus pepererūt libere ⁊ ancil le.xxxij.q.iiij. recurrat
Q dom9 yſaac nō ex oī parte beata: q2 domū iacob dilexi Eſau autē odio habui.xlvij. diſt. ꝙtumlibet.
Q yſaac bñdixit filio ſuo ia=cob.xxiiij.q.iiij.cū § §.ſi qui.
Q yſaac cū rebeca ſepli ſūt in ebꝛon.xiij.q.3. ebꝛon

Z

